Digitized by Google

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
I. 10. f

2 doppio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

~~6-6-d-15~~

~~6-2-6-17~~

2
VI

Digitized by Google

16-3-A-25

Digitized by Google

SYSTEMA ACCENTVATIONIS EBRAICAE

ANTIQVIORVM ATQVE RECENTIORVM

ITEMQVE

PROPRIA PRAECEPTA

EXHIBENS

AVCTORE

M. IOAN. FRIDER. HIRT

FACVLTATIS PHILOSOPHICAE ADIVNCTO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IENAE

SVMTIBVS CHRIST. FRIDER. GOLLNERI

MDCCLII.

Digitized by Google

LECTORI CANDIDO ATQVE BENEVOLO

S. D. P.

HIRTIVS

Non plane forſitan TE, L:B. fugiet, quod iam ab anno 1746. inceperim, quaſdam ad accentuationem Ebraeorum pertinentes diſſertationes TEcum communicare, in quibus difficiliora quaedam doctrinae huius arduae argumenta ſunt pertractata, ita vt earum prima *ideam accentuum rite determinatam, nec non figuram, numerum, nomen ac denominandi rationem, ſitum atque valorem eorum generatim*, ſecunda *doctrinam de vicariis & legatis ſub ducibus in primis loco Gereſchi occurrentibus*, exhibeat, atque tertia *rationem duplicis accentuationis, & decalogicae quidem in ſpecie*, inueſtiget. In praefamine diſſertationis primae pollicitus ſum, fore, vt iudicium TVVM benignum & candidum ad labores ibi promiſſos eo citius diuulgandos me redditurum ſit alacriorem. Cum igitur non priuatim ſolum ab amicis, ſed publice etiam a doctioribus tentamina mea accentuatoria qualiacunque immeritis laudibus fuerint ornata; ingratus pariter ac mendax fuiſſem, ſi manum ab eiuſmodi labore, quem multi haud inutilem fore agnoſcunt, retrahere voluiſſem. Laetus proinde ad iſtos labores, a me aliis interim negotiis obruto aliquamdiu tantum

intermiſſos, redii, & anno 1749. feci initium euulgandi *commentarium in accentuationem Ebraeam, in quo praecipua doctrinae huius arduae momenta paullo vberius ac ſolide explanantur & illuſtrantur.* Sed quia libri huius emiſſio culpa librarii ſumtus neceſſarios promittentis, ab vno die ad alterum protracta adeoque impedita fuit, non potui non alium tandem circumſpicere bibliopolam, vt & TIBI amicisque atque auditoribus meis ſatisfacerem, & honori meo conſulerem. Cumque ante paucos hos dies Jenenſis noſter bibliopola Gollnerus cum illo ratione duarum priorum exercitationum ad Commentarium nominatum pertinentium, & ſumtibus eius iam impreſſarum, conuenerit; tertiam ſtatim atque quartam Exercitat. addidi, & Gollnero exhibui, vt hac ratione accentuatio proſaica per quatuor has Exercitationes in hac prima Syſtematis mei parte contentas abſoluta eſſet, & lector beneuolus nunc perſpiceret, quod ſine cauſa maleuoli quidam homines calumniati ſint, aquam mihi in demonſtranda accentuatione forſitan haerere. Accentuatio metrica cum explicatione atque applicatione ſic dictorum axiomatum accentuationis, ac diſquiſitione de origine & auctoritate accentuum, in parte ſecunda ſyſtematis mei, anno ſequenti publicam adſpiciet lucem, quia hoc ſemeſtri aeſtiuo *Biblia Ebraea analytica* ex promiſſo meo ad finem perducenda ſunt. Addentur tunc indices neceſſarii, & oſtendetur, quomodo Syſtema hoc compendiis accentuationis amplificandis & illuſtrandis inſeruire, & in ſpecie loco Commentarii in notiſſimum iſtud b. MICHAELIS compendium quod inſcribitur *Gründlicher Unterricht von den accentibus proſaicis vnd metricis*, eſſe poſſit. Quid his in rebus prae aliis a me ſit praeſtitum, non verbis propriis aliorum more debuccinabo, ſed aequis atque harum rerum peritis cenſoribus relinquo. Nec illud mihi ex arrogantia tribuam, quod ſponte mihi nonnulli iam attribuerunt,

runt, quod nimirum accentuum doctrinam ad ſcientiae dignitatem euexerim. Sufficiat mihi, ſi agnoſcatur, quod res obſcuriores in maiorem lucem atque certitudinem poſuerim, quod vbique notiones diſtinctas formauerim, & exinde legitime concluſerim, omniaque perſpicue, complete, atque ordine iuſto tradiderim, quodque hac ratione accentuatio non ſolius memoriae opus amplius eſſe debeat, ſed ita nunc addiſci queat, vt iudicium & memoria ſibi inuicem ſint adiumento. Quis eſt, vt rem vnicam exempli loco nominem, qui non hactenus de multitudine, difficultate, & irregularitate conſecutionum in accentibus memoriae mandandarum conqueſtus eſt? quas tamen, vt ſpero, quilibet nunc facile ex tabulis noſtris iuſto loco inſertis addiſcere poterit, quia viam eiusmodi tabulas proprio marte inueniendi, & inuentas facile addiſcendi, oſtendi. Praeterea hoc adhuc, pace TUA, L. B. monere liceat. Quae in tribus diſſertationibus ſupra nominatis dicta ſunt, in prima hac ſyſtematis parte loco iuſto allata ſunt, vt recte concludere poſſis, quod illi, qui ſyſtema poſſidet, non opus ſit diſſertationibus iſtis. Sed caue credas, totas diſſertationes ſine mutatione & ordinis & rerum eſſe inſertas; id quod ipſa ſyſtematis lectio quemlibet facile docebit. Sic enim in prima quidem Exercitatione tota ferme diſſertatio prima adparet, attamen ſcopo laboris huius conformata, adeoque mutata, emendata, & haud parum aucta eſt. In ſecunda & tertia diſſertatione multo maior mutatio facta eſt, vt eas forſitan in ſyſtemate plane non deprehendi putare queas; licet iſta omnino particulam quandam Exercitationis III. & haec exiguam aliquam partem Sectionis cuiusdam in Exercitatione IV. conſtituat. Ea nimirum hic tantum ſunt retenta, & mutandis mutatis ſuo loco inſerta, quae cum ſcopo ſyſtematis noſtri conueniunt, in quo non tumultuarie res proponere voluimus. Tandem etiam, quae de initio huius laboris ſupra memo-

rata ſunt, ideo ſunt dicta, ne forſitan eruditiſſimi quidam viri, quos veneror, offendantur, ſi in adductione nominum ſuorum epitheton, muneri & honori ipſorum reſpondens, non deprehendant; ſed potius tempori, quo initium eius factum eſt, nunc condonent. Sic enim v. g. viri ſumme Reuerendi atque celeberrimi SANCKIVS & VENZKY, clariſſimorum nomine tantum veniunt, quum tamen ſummus in Theolog. honor interim adeptus aliud epitheton nunc requirat. Sic igitur vale AMICE LECTOR, & conatibus meis faue. Scripſi Jenae e muſeo. VII. Kalend. Maii A. S. R. MDCCLII.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

EXERCITATIO PRIMA

IDEAM

ACCENTVVM ET ACCENTVATIONIS

RITE DETERMINATAM

VARIAS ISTORVM SPECIES

NOMINA IN PROSAICIS OBVENIENTIA EORVMQVE

ANALYSIN GRAMMATICAM

VALOREM ET CONSECVTIONEM ACCENTVVM
ET QVAE AD EA PERSPICIENDA
SVNT NECESSARIA

EXHIBET.

Digitized by Google

CONSPECTVS EXERCIT. I.

Ordo rerum pertractandarum oſtenditur in §. I.

Notio accentus apud Graecos aliosque obueniens ſuppeditatur §. II.

Aliam accentuum Ebraeorum eſſe indolem monetur §. III.

Ac duae accentuum definitiones afferuntur & logice examinantur §. IV. & V.

Et noua ex ipſa orationis indole eruitur §. VI. VII.

Prima accentuum diuiſio in coniunct. & diſtinct. exhibetur, eorumque notiones cum aliis conciliantur §. VIII. IX.

Accentuatio eiusque ſpecies finiuntur §. X.

Accentuum diſtinctiuorum gradus nominantur, ex ipſa orationis indole deducuntur, & in tabula repraeſentantur §. XI - XIII.

Monitum de variis accentuum nominibus additur §. XIV.

Accentuum diſtinctiuorum formatio atque denominandi ratio oſtenditur §. XV.

Eademque formatio & denominandi ratio intuitu coniunctiuorum exhibetur §. XVI.

Ratio cur vno plures ſint accentus coniunctiui, & quinam eorum huic vel illi domino ſeruiat, docetur §. XVII. XVIII. XIX.

Diuiſio accentuum ratione ſitus in ſupernos, infernos, & laterales ſuppeditatur §. XX.

Alia diuiſio in praepoſitiuos, poſtpoſitiuos & intermedios exhibetur §. XXI.

Et exinde diſcrimen accentuum eadem figura gaudentium oſtenditur §. XXII.

Quid & quotnam ſint accentus euphonici, traditur §. XXIII.

Valorem accentuum ex eorum conſecutione eſſe determinandum, docetur §. XXIV.

Vtque ea intelligi queat, termini quidam technici explicantur §. XXV - XXVIII.

Ipſa vero communiſſima imperatorum, regum, ac ducum conſecutio oſtenditur §. XXIX.

Subſtitutio ſex alternantium determinatur §. XXX.

Et conſecutio comitum additur §. XXXI.

Tandemque conſecutionis, vt vocant, irregularis leges traduntur §. XXXII.

§. I.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

§. I.

Omnibus in rebus, priusquam ipſarum tractationem inſtituamus, noſſe iuuat quid ſit res, de qua agere velimus. Hinc definitio iſtius ante omnia eſt ſuppeditanda. Quod recte iam monuerunt veteres. Sic enim Cicero *), *omnis*, inquit, *quae a ratione ſuſcipitur, de aliqua re inſtitutio debet a definitione proficiſci, vt intelligatur, quid ſit id, de quo diſputetur.* A quo non adeo multum differt illud Philoſophi effatum **) *πρὸς τὸ ὀρθῶς διδάσκειν δεῖ πρῶτον ἐξετάζειν τὰ ὀνόματα.* Meum proinde erit, vt res ad accentuationem pertinentes tradere incipiens, ipſam antea accentuum Ebraeorum ideam rite determinem et, quid ſit accentuatio, ſignificem. His praemiſſis numerus et ſpecies eorundem, nomina eorumque analyſis grammatica, poſitus, dignitas et conſecutio accentuum in hac exercitatione ſuppeditabuntur eo ordine, vt poſteriora ex prioribus intelligi poſſint.

§. II.

Intenſio ſoni vnius ſyllabae prae reliquis vehementior

*) Lib. I. de offic. Cap. II.
**) Lib. I. poſt analyt. Cap. I.

vocatur *Tonus*, adeoque intenſior atque longior ſyllabae pronunciatio efficit tonum: Illud autem, ex quo exiſtentia alicuius rei poteſt cognoſci, iſtius *ſignum* dicitur. Cum igitur accentus a verbo accinere, quod etiam eleuationem ac depreſſionem ſoni ſyllabarum innuit, trahat originem, adeoque cum voce toni coincidat *); *accentus* apud Graecos aliosque nihil aliud quam *ſignum toni eſt*.

§. III.

Quod Ebraeorum accentus non ſint nuda toni ſigna, in eo omnes omnino accentuationis Ebraicae periti conſentiunt, aliamque plane accentuum Ebr. eſſe rationem concedunt, licet Ebraeorum nomen נְגִינוֹת voci et etymologiae accentus plene reſpondeat. Quare definitum hoc rem ipſam eiusque eſſentiam ſufficienter haud exprimere, praeter alios iam annotarunt WEIMARVS **) et STOLTIVS. ***) Interim nomen hocce officium accentuum, quod vocant ſecundarium, exprimit. Alterum nomen accentuum Ebraicum eſt טְעָמִים, quod deducitur a rad. טעם *guſtauit*, e ſingulari טַעַם ad F. XVIII. p. 6. coll. §. 26. IX, 1. Gramm. Dantz. et de plurali §. 33. I, 1. *α*. §. 17. caut. 5. §. 16. II. §. 21. §. 22. IV, 2. ita vt vi originis *guſtum* et *ſaporem*, improprie autem inter alia *ſenſum* ac *ſententiam* denotet. Quam denominandi rationem accentus habent a rationabili ſenſu, quem coniungendo et diſtinguendo indicant. Adeoque alterum hocce nomen magis reſpicit officium accentuum primarium.

Quam modo ſuppeditauimus denominandi rationem confirmat illud Ebraeorum effatum, המלח נותן טעם בבשר והטעמים נותנים במקרא

*) conf. Cl. GEORG. VENZKY compendium, quod inſcripſit *die proſaiſche accentuation der Hebraeer* pag. 2.

**) In Praefat. Vſui accent. biblicae praemiſſa p. 2.

***) In Accentuatione Sacr. Cod. Hebr. διχοτομικῃ Cap. I. §. 2.

טעם במקרא. *ſal dat ſaporem carni, accentus autem tribuunt ſaporem ſcripturae;* eandemque etiam EPHODEVS in O. Gramm. Cap. 8. rite indicat his verbis: לסבה הזאת קראים טעמים כי יתנו לנו טוב טעם ודעת בספרי האלהים. *hanc ob cauſam vocarunt illos* טעמים, *quia nobis dant bonitatem guſtus et ſcientiam in libris diuinis.*

§. IV.

Docetur autem, duplex accentuum Ebr. eſſe officium, et *primarium* quidem ſeparare et coniungere orationis partes, *ſecundarium* vero vocum ſyllabas conuenienti eleuatione vel depreſſione moderari. Cumque illud, ex quo exiſtentia alterius colligitur, dicatur ſignum illius (§. II.); quidam accentuum doctores hancce de iſtis ſuppeditant definitionem, quod ſint *ſigna coniunctionum et diſiunctionum, congruentisque pronunciationis.* *) Iſtam vero diſtinctionem atque coniunctionem indicare dicuntur accentus, prout ſenſus, affectus ſiue emphaſis, atque elocutio requirunt, ex quo finis accentum hoc modo pateret. Et quoniam omnis finis rei ſimul eſt vſus rei, exinde iudicare quis poſſet, quotuplex hicce eſſe debeat. De iſto autem, cum infra in peculiari exercitatione ſimus acturi, iam monemus tantum, quosdam accentuum praecepta tradentes iſtum finem in notione de accentibus ſuppeditanda ſimul exhibuiſſe, et hancce conſtituiſſe definitionem, quod accentus ſint *ſigna diſtinguendarum aut connectendarum partium orationis pro ratione ſenſus, affectus et elocutionis.* **)

§. V.

Neutram iſtarum definitionum, ſi quis ſecundum regulas definiendi examinabit easdem, ſine omni cenſura admittet.

*) vid. WEIMARVS in Doctr. Accent. hebr. Proleg. §. I. I. D. MICHAELIS *Anfangs-Gründe der Hebr.* Accent. §. I.

**) conf. I. H. MICHAELIS praefat. Bibliis hebr. praemiſſ. Cap. II. §. VII. p. 13. et eiusd. *gründlicher Vnterricht von den* Accent. p. 2. I. C. SPEIDEL in comment. in Accent. hebr. Cap. I. §. I. aliique.

tet. Et ad *priorem* quidem quod attinet, contra eam inprimis vrgebit forſitan canonem iſtum, quod membra disiunctiua et coniunctiua ex definitione exulare debeant, ſi commode illud fieri queat. Quia nimirum coniunctio et disiunctio per vocem vnicam generaliorem, *relationem* ſcilicet, exprimi commode poſſent, quippe quae in logicis ſemper in definitione iudicii, ratiocinii, et alibi, loco conuenientiae et diſconuenientiae adhibetur; haecce vox pro membris iſtis disiunctiuis ſubſtituatur eſſet neceſſe. Qua forſitan ratione ductus iam olim AVG. PFEIFFERVS vnica voce, licet non ſatis accurata, loco membrorum disiunctiuorum eſt vſus in definitione ſua. *) *Poſterior* autem definitio abundantiae accuſari poterit. Cum enim affectum atque emphaſin in oratione obuenientem ignorans ſenſum verum iſtius ſufficienter haud noſſe cenſendus ſit, recte affirmari poteſt, quod cognitio ſenſus requirat cognitionem affectus, ſiue haec ex illa ſequatur. Adeoque additamentum illud eſſet ſuperfluum, et ex definitione eliminandum. Ex eadem quoque ratione determinatio illa, quod accentus ſint ſigna a Deo conſtituta, definitionem ingredi non debet, id quod contra C. SANCKIVM **) iam monuit C. B. MICHAELIS. ***) Reiectis igitur iis quae reiici poſſent, haecce remaneret definitio, quod accentus ſint *ſigna relationis terminorum ratione ſenſus inſtituendae.*

Hac ratione definitio haecce vitiis antea dictis non laboraret: quoniam vero aliquis regerere non ſolum poterit, quod in ea nulla plane officii ſecundarii accentuum facta eſſet mentio, ſed etiam quod et ſpecies accentuum et gradus eorum non tam facile perſpici poſſint atque determinari; de inuenienda adhuc alia definitione erimus ſolliciti, ea incedentes via, qua nobis aliquo iam modo praeceptor quondam noſter pie colendus, Vir S. R. IO. EHR. PFEIFFERVS praeiuit in praelectionibus in WEIMARI Doctr. Accent.

§. VI.

*) Vid. eius Manuduct. ad Accent. V. T. p. 3.

**) Vid. eius *vollſtändige Anweiſung zu den Accent. der Hebraeer.* p. 5.

***) In praefat. praemiſſa libro filii ſui ſupra laud. ſ. 4. p. 8.

§. VI.

Complexus perceptionum quas ſimul habemus dicitur *perceptio totalis*, ſed vna vel altera perceptio quae cum aliis conſtituit totalem, vocatur *perceptio partialis*. Cum igitur actus animae, quo efficit vt pars perceptionis totalis clarior euadat quam reliquae, audiat *attentio*; per attentionem claritas repraeſentationum obtinetur. Iſta autem idea nobis eſt clara, quae ſufficit ad rem iterum oblatam cognoſcendam et ab aliis diſtinguendam. Et quoniam nemo alienae orationis ſenſum intelligere poteſt, niſi minimum vocum in oratione occurrentium omnium claras habeat ideas; *is vtique, qui alienam orationem velit intelligere, ad ſingula quae oratione continentur, attentionem ſuam debet dirigere.*

§. VII.

Non poteſt clara ſeruari perceptio in toto ſuo complexu, ſi ab vna idea ad alteram continuo dilabamur, id quod experientia ſatis ſuperque teſtatur. Qui proinde mentem alterius rite aſſequi voluerit, attentionem ſuam ad ea quae in oratione continentur, certa ratione attemperet opus eſt. (§. praec.) Iſti attentionis conformationi in oratione viua ſuccurrunt vocis eleuatione ac depreſſione, tardiori et acceleratiori pronunciatione, interpoſitione vel omiſſione interſtitionum in voce: in oratione ſcripta vero maxime erit conueniens, vt haec peculiaribus ſignis quibusdam ſuo indicentur modo, atque adeo congruens pronunciatio ſignificetur. Cum igitur ſcriptura ſacra orationem vocibus expreſſam exhibeat, pro maximo omnino illud habendum eſt beneficio, quod apud Ebraeos peculiaribus ſignis, quae a litteris punctisque vocalibus ſunt diuerſa, accentuumque nomine veniunt, congruens iſta pronunciatio exprimatur. Haud igitur erit inconueniens, ſi accentuum definitio ita

 gene-

generatim conſtituatur, quod ſint *figurae textuales* ſiue *ſigna ſpecialia moderandae attentionis circa ea quae in oratione obueniunt.*

I.) Per hanc definitionem tam immediatum et proximum quam mediatum accentuum ſignatum poteſt cognoſci. Illud nimirum eſt congruens pronunciatio, hoc vero efficit attentionis moderamen. Ex eadem ſpecies accentuum facile poſſunt perſpici atque erui, non tamen ipſam generis notionem ingrediuntur. Porro varii accentuum diſtinctiuorum gradus rite hoc modo poterunt deduci ac determinari, prouti in ſequentibus videbimus. Aliorum quoque notiones exinde haud difficulter erui, cum iisque haec conciliari poterit. Interim definitioni antea ſic enunciatae *ſigna moderandae attentionis circa ea quae in oratione obueniunt*, aliquam determinationem adieci, ne quis, ſiue per iocum ſiue ſerio, huic definitioni obiicere queat, quod ſit latior ſuo definito, ſiquidem eadem etiam ad ſic dicta marginalia et denominationes apud Philoſophos et Mathematicos maxime receptas et in eorum ſcriptis ſaepe additas, *definit. corollarium*, *axioma*, *theorema*, *ſcholion &c.* poſſit applicari.

II.) Apud hancce definitionem noſtram inueniendi viam (§. VI. VII.) conferri poſſunt R. JEHUDAE LEVITAE verba, quae ex libro eius *Coſri* latine exhibet laud. VENZKY l. c. p. 43. in fin. „ ſcopus „ et intentio linguae eſt, ut id, quod eſt in animo loquentis, in„ grediatur in animum audientis. Haec vero intentio non poteſt „ plene perfici, niſi de facie ad faciem, hoc eſt, oraliter. Magnam „ enim habent verba ore prolata praerogatiuam prae verbis ſcriptis. „ Vnde et Rabbini aiunt, diſce ex ore ſcribarum, non ex ore li„ brorum. Subſidium enim habetur in verbis ore prolatis ſubſiſten„ do, ſeu moram faciendo, vbi pauſa eſt et diſtinctio; continuan„ do et pergendo, vbi eſt cohaerentia. Vocis item intenſione, re„ miſſione, nutu, nictatione, admiratione, interrogatione, recita„ tione ſimplici, ſperatione, timore, motu et geſtibus; quibus omni„ bus deſtituitur oratio nuda et ſimplex: quinimmo poteſt etiam lo„ quens iuuare orationem motibus oculorum, ſuperciliorum, toto „ capite et manibus, iisque ſignificare iram, beneuolentiam, humi„ litatem, ſuperbiam, idque quousque et quantum iſti licebit. Et in „ exiguis, quae de lingua noſtra creata ſuperſunt, reliquiis, repe„ riuntur res quaedam ſubtiles et profundae, quaſi naturaliter inſi-

„ tae,

Digitized by Google

„ tae, quae faciunt ad rerum intelligentiam, et ſunt *loco actio-*
„ *num viuarum illarum*, quae oretenus fiunt: accentus nimirum,
„ cum quibus leguntur Biblia, quibus locus pauſationis et continua-
„ tionis ſermonis deſignatur; interrogatio a reſponſione diſtingui-
„ tur; exordium a narratione, feſtinatio a tarditate, praeceptum
„ a petitione.

§. VIII.

Si attentionem noſtram ad ea quae in oratione continentur dirigimus, iſtisque attemperamus eandem, ad aliquam orationis partem aut conſeruari aliquamdiu, aut ſtatim ab iſta promoueri poterit attentio. Id quod ſi ſignis exprimatur, prouti exprimi poteſt, duae accentuum ſpecies ſponte ſe offerent. Per alios nimirum accentus attentionis noſtrae progreſſum, per alios eiusdem conſeruationem ſignificare poterimus. Iſti vocantur accentus *coniunctiui*, hi vero dicuntur *diſtinctiui*.

§. IX.

Vbi cum attentione noſtra continuo ab vna idea ad alteram progredimur, ibi coniungimus ideas; vbi autem attentio noſtra apud ideam aliquam perſiſtit neque ad alteram promouetur, ibi diſtinguimus vel ſeparamus ideas. Cum igitur progreſſus et conſeruatio attentionis conſtituat attemperationem attentionis ad orationis partes, (§. praec.) ſigna vero attemperandi attentionem ad orationis partes, accentus dicantur (§. VII.); *accentus erunt ſigna coniunctionum atque diſtinctionum terminorum.* Et ſpeciatim, quoniam ibi terminos conjungimus, vbi continuo attentio noſtra ab vno ad alterum progreditur, huius autem progreſſus ſigna ſunt accentus coniunctiui, (§. praec.) *accentus coniunctiui ſunt ſigna coniunctionis terminorum in oratione aliqua.* Sic quoque *accentus diſtinctiui*, cum ſint conſeruationis ad datam aliquam ideam attentionis noſtrae ſigna, (§. cit.) per hanc autem vnam

ab

Digitized by Google

ab altera ſeparemus; *ſunt ſigna diſiunctionis terminorum in oratione obuenientium.*

Si in exercitatione ſecunda notiones dictaminis grammatici, logici, et rhetorici ſuppeditatae erunt, tunc facile etiam poterit perſpici, quod theſis iſta, *accentus eſſe ſigna ex dictamine grammatico logico et rhetorico coniunctorum vel diſiunctorum*, ſit vera.

§. X.

Ordo iſte, quo accentus diſtinctiui et coniunctiui ſe inuicem excipiunt, vocatur *conſecutio ſ. ſequela accentuum.* Scientia vero de accentibus eorumque conſecutione dicitur *Accentuatio.* Sed quoniam alia accentuum conſecutio immo alii plane diuerſi *accentus* nonnulli inueniuntur in libris אמת i. e. איוב Iobo Cap. III, 2. -- XLII, 6. משלי ש' Prouerbiis Salomonis, et תהלים Pſalmis, quam in reliquis ſcripturae ſacrae libris, quorum iſti vocantur *metrici,* hi vero *proſaici*; duae quoque oriuntur accentuationis ſpecies, quarum vna vocatur metrica, altera proſaica. *Metrica* nimirum *accentuatio* eſt ſcientia accentuum metricorum eorumque conſecutionis: *Proſaica* autem *accentuatio* eſt ſcientia de accentibus proſaicis eorumque ſequela. Cum porro duplicem accentuum cognitionem acquirere poſſimus, *vel* vt eorum nomina, valorem ac ſequelam addiſcamus, ex iisque ſcripturae ſenſum determinemus, *vel* vt eosdem commati cuidam, cuius ſenſus nobis conſtat, addere, illudque iſtorum ope interpungere queamus; duplex quoque hoc reſpectu erit accentuatio: Et iſta quidem accentuatio, qua nomina, valorem, ac conſecutionem accentuum addiſcimus, vt ex iſtis ſenſum orationis, cui appoſiti ſunt, determinare queamus, vocatur *accentuatio a poſteriori*, altera vero ſpecies *accentuatio a priori* cognominatur.

§. XI.

§. XI.

Accentus diſtinctiui ſicut ſunt diuerſi ratione figurae, ita quoque ſunt diuerſi ratione dignitatis atque vis diſtinguendi. Hinc varios admittunt gradus. Vt hi vero ab incipientibus modo faciliori cognoſci et memoriae imprimi queant, accentuum doctores iam dudum diſtinctiuos illos ad certas redegerunt claſſes in regno politico ac ſocietate ciuili obtinentes. Nec diuiſio haecce ex noſtra quidem opinione reiicienda, ſed eiusdem inuentoribus laus ſua tribuenda eſt. Quis enim antiquam illam et per multam experientiam in docendo adprobatam regulam, *res incognitae et difficiliores per comparationem cum rebus diſcenti cognitis optime et abſque difficultate addiſci poſſunt*, facile taxaret ac reiiceret? Et licet in conſtitutione claſſium iſtarum antiquiores non conueniant, recentiores tamen nunc, WASMVTHVM in *Inſtitutione methodica Accent. Hebr.* ſecuti, accentus alios vocant *imperatores*, alios *reges*, alios *duces*, aliosque *comites*, adeoque quatuor aſſumunt claſſes. Vocantur autem ob eandem, quae hic reſpicitur, ſimilitudinem, accentus coniunctiui *ſerui*, prouti diſtinctiui ſignificatu generaliori *domini* cognominantur.

I.) Vſum ſuum praeſtitit et adhuc praeſtat regula hic nominata in diſciplinis moralibus, phyſicis et mathematicis, eaque ad artificia heuriſtica pertinet, et ad principium reductionis referenda eſt, quippe quod perilluſtri WOLFIO nihil aliud eſt quam regula, vi cuius incognitum in cognitum quoddam aequipollens transmutamus. conf. HENR. KOEHLERI Diſſert. *de indole fictionum heuriſticarum moralium praecipue et mathematicarum*, anno 1724. Ienae habita, et anno 1738. recuſa. Quod vero eadem etiam regula in addiſcendis linguis adhiberi potuerit, teſtatur GODOF. HOFFMANNVS de lingua latina, in praefatione libro ſuo de via ad compoſitionem praemiſſa, idemque proinde totus hac innititur regula.

II.) Ante WASMVTHVM plurimi accentuum doctrinam tradentes, quos nominat IO. CHRISTOPH. WOLFIVS in Biblioth. Hebr. P. II p. 500. ſeqq.

ſeqq. et GEORG. VENZKY l. c. in praefat. §. XVIII. tam Iudaei, quam Chriſtiani, inter quos magnus ille REVCHLINVS pauca quaedam primum de accentibus collegit in *Tract. de accentibus et orthographia linguae Hebraicae*, *Hagenoae* 1518. *in fol. min.* de accentuum nominibus ferme tantum, omiſſa eorum conſecutione, erant ſolliciti. Sufficiebat ipſis diuiſio in miniſtros et reges; BVXTORFIVS vlterius deinceps progreſſus, hoſce iterum diſtribuebat in minores et maiores; minores ipſi ſunt, qui imperfectae ſententiae praeſunt, et conſtituunt ὑποςίγμη vel κόμμα; maiores vero perfectius ſermonem diſtinguunt, et conſtituunt vel κῶλον vel περίοδον. vid. eius *Theſaur. Grammat.* p 601 ſeqq. edit. 5. Nec meliora aut certiora ſuppeditarunt alii teſte WASMVTHO *in Vindiciis ſ. Hebr. ſcript.* P. II. Cap. II. Obi. IV. §. 4. vbi „infinita alia, inquit, his ſubiungere liceret, tum „e Bohlio, tum e Schindlero, Iunio, Heluico, Ludov. de Dieu, „Schickardio, Troſtio, et plurimis aliis; quo pacto nempe, caſſis „modo regum et miniſtrorum nominibus inhaerentes, ipſa ſolida „accentuationis fundamenta ne quidem attingant: dum nec ſedes „diſtinctionum aut coniunctionum praefiniunt, nec diuerſarum di„ſtinctionum proportiones certas deſignant: ſed earum loco, ambi„guis, obſcuris, et allegoricis quibusdam voculis, cohaerentiae ab„ſolutae et reſpectiuae, vel cohaerentiae arithmeticae et geometri„cae, vel viae Regiae et nudae, primum ſibi ipſis, deinde aliis, „imponentes, nihil definiti aut certi tradere queunt, cur aut qua „euidenti ratione, poſito nunc ſubdiſtinctiuo minore (in qua„cunque claſſe) eidem praemittatur ſubdiſtinctiuus maior, nunc vero „non ille ſed denuo minor ſubdiſtinctiuus primi minoris; rurſum alibi „maior diſtinctiuus bis vel ter repetatur, alibi non repetatur etc. Tandem vero CASP. LEDEBVHR praeceptorem ſuum SAM. BOHLIVM ſecutus in שלשלת המקרא ſiue *catena ſcripturae*, meliorem diuiſionem inſtituit, et quinque claſſes conſtituit accentus proſaicos et metricos coniunctim hoc ordine continentes 1) *regem* Silluk. 2) *duces*, *maiorem* Mercam mahpachatum, et *minorem* athnach. 3) *comites*, *maiores* Sakeph katon, Sakeph gadhol et Segolta, ac *minorem* Tiphcha. 4.) *Dynaſtas*, *maiores* Rbhiam et Rbhiam gereſchatum it. Pſik ſchalſcheleth, *minores* Sarkam, Paſchtam, Ithibh, Tbhir et Tipheham anteriorem. 5) *Toparchas*, *ſuprem.* Paſer et Karnephara, *maiorem* Tliſcha gdhola, et *infimum* Pſik. AVG. PFEIFFERVS

in

in *manuductione ad accentuationem*, quae anno 1666. primum in lucem emiſſa et deinceps Criticae ſacrae ſubiuncta eſt, P. I. § 8. non multum inde recedit quinque diſtinctiuorum claſſes retinens, ita ut occurrant ibi 1) Silluc, qui *Imperator* et *Monarcha* ab iſto vocatur. 2) Atnach, cui *archiducis* nomen tribuit. 3) quatuor *duces*, *maiores* ſcilicet Sakef katon, Sakef ghadol, Saegolta, et *minor* Tiphcha. 4) ſeptem *comites*, et *maiores* quidem Reſia, eiusque alternans Pſik ſchalſchelatus, et *minores* Sarca, Paſta, Itif, Tſir et Merca kephula. 5) quinque *Barones*, *ſupremi* Paſer et Karne para, *maior* Tliſcha gedola, *minor* Gereſch, et minimus Pſik munachat. Conſentit cum Pfeiffero I. W. HILLIGER in *Summario accentuationis Ebraicae* P. I. §. 4. aliique, ita vt tunc verſiculi ſequentes tyronum gratia confecti in omnium eſſent ore:

REX *Silluk*; PRINCEPS ATNACH; *Segolta*, *Sakephque*
Gadhol, deinde *Sakeph katon*, quin *Tiphcha* DVCES ſunt.
Maiores COMITES *Schalſcheleth* atque *Rebbia*
Appelles. *Paſchta*, *Thhir*, *Sarka*, *Ietbibhque* minores.
Karnepara et *Paſer* BARONES ſunto ſupremi,
Maior *Tliſcha gedbola*, *Gereſch* minor, ac minimus *Pſik*.
Sed *Munach* et *Merca*, *Mapach* et *Tliſcha ketanna*,
Kadhma, *Ierach* et *Darga* Miniſtri vulgo habeantur.

Ab eiusmodi vero diuiſionibus haud immerito receſſit WASMVTHVS ſupra laudatus, et pro facilitanda ſubdiſtinctiuorum conſecutione quatuor claſſes undique iam receptas conſtituit. Quas etiam GEORG. SAM. DOERFFELIVS in *Tirocinio accentuationis* §. 10. omiſſis comitibus, incluſit verſiculis Mnemoneuticis:

Athnach et *Silluk*; hi ſunt PRIMARIVS ORDO.
Bini porro *Sakeph*, *Sgolta* et *Tiphcha*; ORDO SECVNDVS.
Cum *Sarka*, *Rſia*, *Paſchta*, *Ietbif*, *Tſir*, TERTIVS ORDO.

III.) Eadem, quam in praeſenti paragrapho nominaui, regula inducti alii Philologi diuerſos accentuum gradus aliis modis illuſtrare voluerunt. Hinc factum eſt, ut alii accentus cum noſtris interpunctionibus comparauerint, alii vero cum numeris, aliique cum figuris mathematicis e linea, puncto, et circulo originem trahentibus, eosdem contulerint.

§. XII.

Diuerſos iſtos, quos accentus diſtinctiui admittunt gradus, ex definitione noſtra generaliori facile poterunt concipi. Sunt nimirum accentus diſtinctiui ſigna attentionis conſeruandae ad ea quae in oratione obueniunt (§. VIII.). Iam vero oratio, quippe quae complexus plurium propoſitionum inter ſe connexarum eſt, conſtat periodis atque propoſitionibus: Omnis periodus vel ſimplex eſt vel compoſita; illa in propoſitiones plures, haec in periodos eſt reſolubilis. Hinc periodus et ſimplex et compoſita pluribus conſtat propoſitionibus. Cum igitur omnis propoſitio in oratione obuia iam poſtulet attentionis conſeruationem (§. VII.); periodus ſimplex maiorem, et compoſit a magis adhuc protractam requiret. *Quis iam vtilitatem atque neceſſitatem variorum graduum in accentibus diſtinctiuis obuenientium exinde non perſpiciet?*

§. XIII.

Qui claſſes iſtas derident, nominaque ipſa arbitraria reiiciunt, itemque qui nouas conſtituunt claſſes, *) doctrinam accentuum diſcentibus reddunt tantum difficiliorem. **) Nos iſtas claſſes accentuum proſaicorum in tabula iam exhibebimus, ita vt digniorem in eadem claſſe ſimus collocaturi a ſiniſtra, (quia a fine commatis adeoque a ſiniſtra verſus dextram accentuatio capit initium, adeoque accentus claſſis inferioris minimum accentibus claſſis ſuperioris ſemper ſint a ſiniſtra), eorumque nomina in margine adiiciemus in pagina ſequente.

Claſſis

*) v. g. nouiſſime CHRISTOPH. SANCKE l. c. p. 18. ſecutus BOSTONIVM, OVSEELIVM, aliosque, niſi quod hi *Nobiles* eius vocauerint *Minimos* ſcilic. diſtinctiuos.

**) conf. I. L. BECKENBERGERI Diſſ. quae artem Hebraeorum characteriſticam examinatam ſiſtit. §. 25. p. 27. ſeq. C. B. MICHAELIS praefat. laud. §. 6. p. 10. 11.

Claſſis I. Imperat.	Silluk cum Soph Paſuk. Atnach
Claſſis II. Regum.	Sgolta. Sakeph katon. Tiphcha.
Claſſis III. Ducum.	Rbhia. Sarka. Paſchta. Tbhir.
Claſſis IV. Comitum.	Paſer. Tliſcha gdhola. Gereſch. Pſik munachatus.

I. Mouenda hoc loco erit quaeſtio, an '— *Pſik munachatus* comitibus recte annumeretur; non enim omnes accentuum doctores hac in re conueniunt, licet quatuor claſſes iam exhibitas admittant. Sic v. g. WASMVTHVS primus huius ordinis et diuiſionis inuentor, et poſt eum MELCHISED. BERGENIVS, IOH. HEINR. MICHAELIS, Excellentiſſimus noſter IOH. GODOF. TYMPIVS, Cel. IOH. DAV. MICHAELIS aliique, expoſite et aperte accentum iſtum in numerum comitum referunt; Pl. Reu. IOH. GOTTL. REIMIVS et CHRISTO. SANCKIVS, nec non b. IOH. ERNEST. STOLTE eundem a claſſe comitum excludunt; DAN. WEIMARVS vero, et qui eum hic ſequitur Celeb. noſter IOH. LEONH. RECKENBERGERVS, ambigue rem proponunt, numeratis enim comitibus Paſer cum Karnephara, Tliſcha gdhola, Gereſch cum Graſchaiim, addunt, hiſce annumerandus eſt '— *Pſik*, qui nunquam tamen ſolus ponitur, ſed vel cum domino vel cum ſeruo quodam coniunctus apparet. Hinc quaeſtio iſta non eſt ſuperflua, eo magis autem ſoluenda erit, quo magis praeuideo, quod contra ſententiam primam a me etiam adprobatam, infra ad §. XXIX. ex regula conſecutionem ducum explanante dubium quoddam oriri queat. Illud vero tanti non eſt, ut nos moueat ſententiam iſtam deſerere, dummodo obſeruetur, nos de iſto *Pſik munachato* loqui, qui tanquam ſubdiſtinctiuus ſub Rbhia in tertia voce adhibetur, ſiquidem ibi Pſik cum munach neceſſario

coniungitur diſtinctionem ſemper faciens, reliquis vero accentibus et figuris in ſe ſeruis contingenter tantum adhaeret.

II. Inter tres claſſes poſteriores nonnulli inueniuntur accentus, pro quibus ſub certis conditionibus alii ponuntur, qui *alternantes*, *locumtenentes*, et *vicarii* ſignificatu generaliori ſic dicti, cognominantur. Subſtituitur enim

inter reges	Sakeph gadhohl - - -	pro	Sak. katon
inter duces	Pſik ſchalſcheleth - -	pro	Rbhia
	Ithibh - - - -	pro	Paſchta
	Merca cphula - - -	pro	Tbhir
inter comites	Karnephara - - -	pro	Paſer
	Graſchaiim - - -	pro	Gereſch

Sub quibus autem circumſtantiis haec alternantium ſubſtitutio fiat, infra §. XXX. videbimus. Interim conſtabit ex hiſce nunc, quod accentus diſtinctiui omnes ſimul ſumti ſint numero XIX.

§. XIV.

Suppeditatis figura atque nominibus accentuum diſtinctiuorum ſolliciti nunc erimus de ratione denominandi. In anteceſſum vero obſeruamus, quod tam diſtinctiui accentus §. praec. exhibiti, quam etiam coniunctiui §. XVI. nominandi, praeter nomina illa communia ibi ſuppeditata aliis adhuc apud Rabbinos gaudeant denominationibus, quae incipientibus ſcitu tam neceſſariae non ſunt. Exhibent illarum plurimas I. H. MICHAELIS, *) DAN. WEIMARUS **) et inprimis IOAN. FRANKIUS. ***) Nos easdem cuilibet accentus deriuationi ſiue analyſi §. ſeqq. inſtituendae ſubiiciemus, de iſtarum vero utpote hodie non adeo frequentium deriuatione ac denominandi ratione nihil addemus, ſed illa nude adduxiſſe nobis ſufficiet.

§. XV.

*) In notiſſimo illo compendio quod inſcribitur *gründlicher Unterricht von den accentibus proſaicis, und metricis* §. 10. p. 8.

**) In Doctrina Accentuat. Hebraeae proleg. §. 2. Not. 1. p. 4.

***) In Tenebris lucidis ſ. Diacrit. ſacra P. III. §. 262. p. 155. ſeqq.

§. XV.

Accentus denominandi ratio *apud pleroſque a figura, apud paucos ab officio eſt deſumta*, prouti ex formatione nominum iſtorum patebit, quam hocce §. exhibebimus. Non enim deterrere potuit nos I. BVXTORFII aſſertum,*) *quasdam etymologias eſſe incertas*, qui de ELIA LEVITA **) quoque recenſet, huncce fateri, *ſe quorundam nominum rationem ignorare.* Inſtituemus autem analyſin vocum ſecundum praecepta b. DANZII *in compendio Gramm. Ebraeo-chald.*

:א. סלוק *Imperator ſummus*, eſt a R. סלק Chald. *deſiit*, in Pael *abrupit, amouit*, nomen nudum ad F. XXXV. p. 11. formatum, quod ſignificat *terminum ſ. remotionem magnam* §. 59. Int. Ita vero vocatur ab officio ſuo, *quia abrumpit verſum vnum ab altero, eiusque terminum conſtituit.* Quae illi adduntur puncta duo, סוֹף פָּסוּק dicta, ſignificant *finem verſus.*

Silluk vocatur quoque מַאֲרִיךְ *producens, prolongatus*, in *Or Torah* ad Exod. XX, 12. it. גַּעְיָא *mugitus* in *Or Torah* ad Exod. XXVIII, 18.

א. אַתְנַח vel אַתְנַחְתָּא *Imperator ſecundus.* Si quis metatheſin litterarum admittere velit ex §. 58. I. Gr. Danz. prius nomen facile deriuari poſſet a R. נתח in Piel vſit. *diuiſit in fruſta*, tanquam nomen auct. ab init. ad F. I. p. 65. vt adeo ſignificet *diuiſorem in fruſta*, quia nimirum *atnach ſemper verſum in duas diuidit partes.* Sed quia haecce metatheſis non adeo frequens eſt, et pleraque alia nomina ex lingua Chald. ſiue, vt Elias loquitur, Hieroſolymitana deducta ſunt; omnes fere philologi radicem נוח *quieſcere, requieſcere* aſſumunt, et nomen illud tanquam Chaldaicum inde deducunt ex Ithpeel, ita vt Formae nudae XIX. praeponatur ſyllaba chald. אַתְ,

*) in Theſ. grammat. p. 32.
**) in libro ſuo de accent. cap. 2.

אַחְ, et coll. §. 47. §. 29. I. §. 17. caut. 2. prodiret אַתְנָח, quod nomen quoad literam ſignificaret *quieſcere factionem*, ſiue *reſpirationis productionem.* Vocaretur proinde hoc modo accentus ita *ob officio ſuo, quia nos in illo loco, vbi deprehenditur, reſpirare et quieſcere iubet, et maximam intra verſum quietem facit.* Quamcunque deriuationem aſſumes, alterum nomen אַתְנַחְתָּא exinde formari poteſt tanquam femininum in ſtat. emphatico coll. §. 32, 1. §. 34, II, 1. et 3. III. §. 16. I. obſ. 1. *a.* §. 22, IV, 1. §. 18, I, 1. §. 11, I, 1.

Vocatur quoque hic accentus in prima voce Paſuki כַּחְפָּה *impulſio, depulſio* conf. BVXT. in *Clau. Maſ.* cap. X. p. 259. Edit. in 4. 1665. ſub voce כַּחוּפֵי, quae in Edit in fol. 1620. deeſt.

א֒. סְגוֹלְתָּא *Rex maximus*, eſt a R. סְגַל in Pael vſitata *collegit, acquiſiuit* arab. شَكَلَ *vua maturuit, matureſcere coepit.* nomen auct. in fine ſing. fem. in ſtatu emphat. poſitum ex abſoluto formae IV. p. 21. coll. §. 34, II, 1. 3. III. §. 16. I. obſ. 1. *a.* §. 22. IV, 1. §. 18. I. obſ. 1. §. 11. I, 2. cum §. 9. I. obſ. ſignificat *botrum*, eiusque ratio denominandi *a figura*, quam refert, deſumta eſt.

א֔. זָקֵף קָטֹן *Rex maior*, deſcendit a R. זקף ap. Ebr. et Chald. *erexit, eleuauit.* Nomen ad F. II. formatum, quod ſignificat *erectorem paruum,* quia ex duobus punctis in altum erectis conſtat.

א֕. זָקֵף גָּדוֹל *Vicarius prioris,* ſignificat *erectorem magnum,* non ratione valoris ſed figurae tantum ita dictum, *quia ſcilicet figurae priori lineolam perpendicularem inſuper addit.* Errant enim SCHICKARDVS, PETERSENIVS, SVRENHVSEN et STOCKIVS, quod ֕ magis valere credant, quam ֔, vt infra patebit.

א֖. טִפְחָא *Rex infimus*, deriuatur a R. טפח apud Ebraeos et Chald. *palma compreſſit, palmis geſtauit,* tanquam nomen

nud.

nud. in ſtat. emph. poſitum ex abſol. F. XVIII. p. 6. §. 26. IX, 1. coll. §. 34. III. §. 16. I, obſ. 1. *a*. §. 21. §. 22, IV, 1. §. 24. I, 1. ſignificat proinde *palmam, quia huius incuruatae figuram et ſimilitudinem ſuo exhibet modo.*

Vocatur accentus hicce alias quoque טַרְסָא vel טַרְחָא *labor, onus*, vid. *Michl. Iophi* ad Num. IX, 2. *Maſor.* ad l. c. it. ad Lev. XXVII, 10. Iud. XVII, 1. 1. Reg. V, 31. *Aben Eſra* ad Ex. XVIII, 3. Et quando immediate ante imperatores occurrit, dicitur מַאיְלָא *roborans*, in *Port. Accent.* ab *Abichtio* translat. §. 2. Sic etiam אַזְלָא *ambulans*, *abiens* vocatur in *Or Torah* ad Num. XVI, 24.

א֗ רְבִיעַ Archidux, formatur a R. רְבַע ex Ebr. רָבַץ § 2. obſ. 2. *incubuit*, ad F. XXI. p. 7. coll. §. 9. II. obſ. 1. ſignificatus eius eſt *incubans*, quia *eſt punctum ſemper incumbens ſiue incubans medio literae.* Vel etiam haberi poteſt pro Participio Peil.

א֓. שַׁלְשֶׁלֶת cum פְּסִיק *vicarius antecedentis.* Deſcendit a R. שְׁלַל Ebr. שָׁרַר in Piel vſit. §. 2. obſ. 2. *radices egit*, tanquam nomen auct. in fin. fem. gen. ex Pael formatum, ad F. XII. p. 28. 29. coll. §. 45. II, 2. §. 29. I. §. 3. II. obſ. 1. quod ſignificat *catenam,* Hinc accentus noſter *ob figuram ſuam* nomen iſtud accepit. De Pſik paulo infra videbimus.

Vocatur etiam Schalſcheleth מַרְעִים *tonans, perſtrepens*, it. *eleuans ſe*, in Maſor. ad Gen. XXIV, 12. cap. XXXIX, 8. conf. BVXT, in *Clau. Maſor.* Cap. IX, p. 254. edit. in 4.

א֮. זַרְקָא *Dux ſecundus*, eſt a R. זרק ap. Ebr. et Chald. *ſparſit, diſperſit*, nom. nud. in ſtat. emph. poſitum ab abſol. F. XVIII. p. 6. coll. §. 34. III. §. 16. I. obſ. 1. *a*. §. 21. 22, IV, 1. §. 24. I, 2. niſi malis ſtatim tanquam nom. auct. in fin. formare ad F. VI. p. 24, coll. §. 2. obſ. 2. Hinc ſignificat *ſparſorem, diſperſorem*, quod nomen obtinuit *a figura*, quia *illum vario flexu diſpergit*, et, quod addunt alii, quia *in oratione extenſiore et paululum diffuſiore occurrit.*

D א.

פַּשְׁטָא .א *Dux tertius*, eſt a R. פשט ap. Ebr. et Chald. *diffudit ſe, extendit ſe*, nomen eodem modo, quo praecedens, formatum, et ſignificat *extenſorem, inclinatorem.* Nomine hocce venit accentus iſte partim *ob figuram,* quia ſuper vltimum litterae vltimae apicem velut manus extenſa conſpicitur, partim *propter vſum et poteſtatem*, quia in oratione extenſa ac dilatabili adhibetur.

Quando accentus hicce in eadem voce cum ְ occurrit, tunc quoque appellatur *Makkel.* vid. *Porta Accent.* §. 3.

יְתִיב .א *Locumtenens antecedentis.* Deriuatur a R. יְתַב Ebr. יָשַׁב *ſedit.* §. 2. obſ. 2. ad F. XXI. p. 7. Significatus eius eſt *ſedens*, adeoque *a poſitu ſuo* ita vocatur, *quia nimirum ante primum totius vocis punctum vocale ſemper collocatur.*

Alias quoque dicitur שׁוֹפָר כְּשֵׁפֶל *tuba deiiciens* ap. *R. Sal.* ad Deut. XI, 30. it. לְאָחוֹר *in poſteriorem partem* vid. *Maſor.* ad Dan. VII, 27.

תְּבִיר .א *Dux infimus*, eſt a R. תְּבַר Ebr. שָׁבַר *fregit.* §. 2. obſ. 2. Particip. Peil, niſi tanquam nomen formare velis ad modum praecedentis. ſignif. *fractum*, et ita denominatur *propter punctum inſitum*, quod ſemicirculum iſtum in duas partes frangere ſ. ſecare videtur.

מֵרְכָא כְפוּלָה .א *Alternans praecedentis.* Vnum nomen eſt a rad. ארך ap. Ebr. et Chal. *prolongatus eſt*, formatum ex Aphel tanquam auctum ab initio in ſtat. emphat. ad F. XXIV. p. 74. coll. §. 46. I. obſ. 1. β. ב· §. 29, I. §. 3. II. obſ. 2. γ. §. 34. III. §. 16. I. obſ. 1. α. §. 17. caut. 5. Hyp. II. §. 21. obſ. IV. coll. § 17. c. 6. §. 22, II, 1. §. 11, I, 2. cum §. 9. I. obſ. §. 18. I. obſ. 1. Alias quoque tanquam Infinit. Peal nominaſcens in ſtat. emph. absque difficultate formari poteſt coll. §. 88. III. Int. Alterum vero nomen eſt Partic. Paul fem. gen. a R. כְּפַל duplicauit coll. §. 32, 1. §. 16, I. obſ. 1. α. §. 21. Significat proinde accentus hicce *productorem duplicatum, a figura* ſic dictum, *quia eſt duplex linea productior.*

Voca-

Vocatur alias quoque תְּרֵין הוּשְׁרִין vel תְּרֵין חַטְרִין *duae virgulae, duo baculi* vid. *Port. Accent.* §. 7.

א. פָּזֵר *Comes maximus*, eſt a R. פזר *diſperſit* nom. ad F. II. p. 2. formatum, quod ſignificat *diſperſorem*, quia accentus iſte *diſperſus eſt a Domino ſuo quam longiſſime, et in oratione ampla tantum ac prolixa locum habet.* SPEIDELIVS vero denominandi rationem *a figura* deſumit, quod ſcil. hic accentus eſſet bifidam figuram ſpargens et varus.

א. קַרְנֵי פָרָה *antecedentis vicarius*, ſignificat *duo cornua vaccae*, adeoque a figura eſt petita denominandi ratio. Deſcendit enim prius nomen a R. קָרַן *cornutus fuit.* ad F. XVIII. p. 6. coll. §. 33. I, 2. §. 21. §. 22. IV, 1. §. 24, I, 2. §. 34, II, 4. alterum vero nomen deducitur ex maſc. פַּר *iuuencus* coll. §. 32, 1. §. 18. II. vel potius §. 19. §. 20, 1.

Sicuti ◌֡ alias quoque vocatur *Paſer katon*, ita quoque ◌֟ vocatur *Paſer gadhol*, in Port. Acc. §. 9. *Maſor.* ad Num. XXXV, 5. conf. etiam BVXT. *Theſ. grammat.* Lib. II. Cap. 23. p. 602. ſed hoc non ab omnibus obſeruatur. Hinc tolli poterit dubium, quod alicui ex R. Calon. oriri poteſt, qui Paſerem magnum expreſſe contradiſtinguit Karnepharae, et ipſum Paſerem per iſtum intelligere videtur. vid. *Lenzii* Diſp. de ignorantia Iudaeorum, in doctrina accentuum, §. 3.

א. תְּלִישָׁא גְדוֹלָה *comes maior*, a R. תָּלַשׁ ap. Rabb. *euulſit, expulſit*, tanquam nomen auctum in fine formari poteſt, א, chaldaeis vſitatius, (conf. §. 32, 1. obſ.) loco ה aſſumto. Significat *euulſioni obnoxium* vel *euulſionem magnam*, quia nimirum ſaepe excidit, raro apparet, et plerumque in locum ſuum alium accentum ſubſtituit. *Magnus* dicitur in relatione ad paruum, quoniam eſt dominus, hic vero ſeruus, itemque quod lineolam ad dextram, hic vero ad ſiniſtram habet adiectam.

Alias vocatur quoque תְּרִסָא *clypeus* in *Maſor.* ad Gen. V, 29. Leuit. X, 4.

א. גֶּרֶשׁ *Comes minor*, a R. גָּרַשׁ *expulit, eiecit*, ad F. XVIII. p. 6. ſignificat *eiectum, extruſum*, et ita dicitur *vel* propter rarum vſum, dum ſaepius eiectioni eſt obnoxius, *vel* ob figuram, qua ſimilis eſt incuruatae manui, quae exteriori parte aliquem repellit.

א. גֵּרְשַׁיִם *Vicarius praecedentis*, eſt dualis a forma illa ſingulari coll. §. 33, I, 2. §. 21. §. 22, IV, 1. §. 24, I, 2. Qui גְּרָשִׁים legunt accuſantur quidem vitii cuiusdam grammatici ſine ratione ſufficiente, attamen prior denominatio analogiae grammaticae eſt conuenientior. Qui vero legunt *Gereſchaiim* ſunt taxandi.

Sicuti Gereſch etiam vocatur טֶרֶס, ita quoque Graſchaiim appellatur טַרְסַיִם vel טַרְסִין et שְׁנֵי גְרִישִׁין vid. *Port. Accent.* §. 6. Sic etiam Gereſch teſte BVXTORFIO in *Theſ. gramm.* L. I. c. 5. p. 29. vocatur אַזְלָא, ſi nimirum praeco eius kadhma praeceſſerit, prouti obſeruat WEIMARVS in Doct. Accent. hebr. p. 4.

א. מֻנַּח cum פְּסִיק *Comes infimus*, alterum nomen mox explicabitur, alterum vero deſcendit a R. פסק ap. Rabb. et Chald. *ceſſauit, deſiit, diremit*, ad F. XXI, p. 7. et ſignificat *Munach cum diremtore*, quia dirimit voces duas inter legendum, et conſpecta hac lineola vbiuis in lectione aliquantulum eſt ceſſandum.

Dicitur quoque alias לְגַרְמֵהּ h. e. interprete BECKIO *in ſuſcitab.* p. 151. pro ſe ipſo ſcil. ſtans, vel ob cauſam ſuam; tanquam Pſik per conſecutionis leges neceſſarium, non arbitrarium vel euphonicum conf. *Port. Accent.* §. 8. et *Maſor.* ad Exod. XXX, 13. Raro etiam dicitur לְבַדוֹ *ſolus* ſub circumſtantiis a WEIMARO l. c. obſeruatis.

§. XVI.

Inſtituta analyſi dominorum proſaicorum progrediemur nunc ad ſeruos, quorum ſunt VII. eorumque figuram, deno-

denominationem atque formationem adiungemus. Sunt nimirum iſti

א. מונח. Particip. in Hüphal. a R. נוח *quieſcere* coll. §. 47, I, 3. §. 17, c. 2. §. 18. II. Significat *ſellam*, et nomen hocce obtinuit *a figura* quam refert.

Si in vltima ſyllaba fuerit, dicitur etiam עִלּוּי *exaltatio*, ſed a principio poſitus, מְכַרְבֵל *inuolutor vocis*, in Port. Accent. §. 2, 3. conf. *Lenzius* l. c. §. 4. alias quoque cognominatur שׁוֹפָר הוֹלֵךְ et שׁוֹפָר יָשָׁר *tuba recta* it. abſolute שֹׁפָר conf. b. Melech. ad Zach. VI. Fol. CLIX. col. 3. lin. 5.

א. מֵרְכָא, SPEIDELIVS vero, RECKENBERGERVS et SANCKIVS ſcribunt מַרְכָא. prioris formatio duplex ſupra fuit ſuppeditata, alterum vero exinde ſtatim inflectitur addito §. 18. I, 1. niſi illud cum aliis forſitan malis ſine neceſſitate prolixiori ratione deducere a R. אָרַךְ ad F. XXXII. p. 78. coll. §. 25, II, 2. β, ג. §. 13, I, 2. §. 34, III. §. 16, I. obſ. 1. *a*. §. 22, II, 1. §. 24, II, 1. §. 21. §. 25, II, obſ. 3. §. 56, I, 3. β. §. 17. c. 7. coll. §. 13. §. 11. *l*, 2.

Vocatur etiam alias מַאֲרִיךְ in *Maſ.* ad Leu. I, 11. et licet etiam Silluk nonnunquam hoc nomine veniat, vid. ſupra; ſeruo noſtro haec denominatio tamen eſt frequentior conf. BVXTORFII *Clau. Maſor.* C. IX. p. 246. Et quando inter kadhma et ſarka eſt conſtitutus, appellatur etiam כְּאַיְלָא conf. BVXT. l. c. p. 245.

א. מַהְפַּח eſt Partic. praet. in Aphel. a R. הֲפַךְ *vertit, inuertit*. Significat proinde *inuerſum* ſcil. Munach.

Alias cognominatur quoque שׁוֹפָר הֲפִיךְ vel מְהֻפָּךְ *tuba inuerſa* conf. RASCHI ad Deutr. XI, 30.

א. קַדְמָא a R. קדם *praeiuit, praeceſſit*, nom. in ſtat. emph. poſitum, ad F. XVIII, p. 6. coll. §. 34, III, 16, I. obſ. 1. *a*. §. 21. §. 22. IV. 1. §. 24, I, 2. Significat *prioritatem, praecurſorem*, quia nimirum Gereſchum ſemper praecedit, adeoque *ab officio* denominandi ratio eſt deſumta.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Appellatur etiam אַזְלָא *ambulans* in *Port. Accent.* §. 4. et, ſi loco Meteghi in eadem cum ֽ voce adhibetur, מַיְלָה.

א. דַּרְגָּא formatur a R. דָּרַג *inflexus fuit*, eodem modo quo praecedens, et ſignificat *gradum ſcalae* vel *cochleam*, adeoque *a figura* ſuum accepit nomen.

Accentus hicce dicitur etiam שׁוֹפָר גַּלְגַּל *tuba reuoluta, reflexa*, vid. conſentientem ELIAM ad MOS. KIMCHI שבילי הדעת edit. P. Emper. p. 65.

א. יֶרַח a R. ירח ap. Arab. ſuperſt. ad F. XVIII, p. 6. coll. §. 25. IX, 1. vel יָרֵחַ ad F. II. p. 2. coll. §. 9. II. obſ. 1. ſignificat *lunam*, propter *figuram*, cum lunae falcatae ſpeciem referat.

Solet alias quoque nominari יֶרַח בֶּן יוֹמוֹ vel בֶּן יוֹמוֹ, et interdum גַּלְגַּל *rota, circulus*, vid. *Port. Accent.* §. 9.

א. תְּלִישָׁא קְטַנָּא *euulſio parua*, ex ſuperius dictis ſub Tliſcha gdhola, declarari iam poteſt.

§. XVII.

Accentus coniunctiui ſiue ſerui attentionis progreſſum, adeoque coniunctionem terminorum indicant. (§. VIII. IX.) Hinc vnum idemque officium illis hoc reſpectu tantum eſt. Haud immerito proinde de ratione diuerſarum figurarum quis interrogaret, cum vnica ſufficeret figura. Pro hac reddenda *alii* prouocabunt ad vſum muſicum, cui diuerſitas ſeruorum ſimul inſeruiret, *) *alii* ſeruorum diuerſas figuras ad decus facere affirmabunt, vtpote qui maxime ſuos dominos indicarent, vt color in famuli veſte notat, cui ſeruiat, eamque per veſtem ſtatim apparet, cuius apparitor haud ſit, **) *alii* vtrumque haud inepte combinabunt.

§. XVIII.

*) conf. ABICHTII Accent. Ebraeorum Cap. I. §. XI. IABLONSKY in doctiſſ. praefat. Bibliis praemiſſa §. 21.

**) vid. SPEIDELII commentar. in Accent. hebraic. Cap. V. §. I. p. 47. in fin.

§. XVIII.

Non vero adeo difficile eſt cognoſcere, quinam ſeruus huic illiue domino ſeruiat. Poſtquam enim modo conſtat, quod — pro ſeruo habeat — *merca*, — vero — *munach*, quodque — ſit ſeruus — — in tertia voce, reliquorum ſeruitium facile poteſt detegi, ſi ex prima tabula ordo dominorum notus eſt. Seruit nimirum duobus regibus maioribus — reliquo autem —. ſic etiam duobus ducibus maioribus ſeruit — reliquis —. omnes denique comites reliqui admittunt —. Exinde ſequens oritur tabula

Imperat.		Duces.	
—	—	—	—
—	—	—	— vel —
		—	— vel —
		—	— vel —
Reges.		**Comites.**	
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	— vel —
		—	— vel —

§. XIX.

Ex alternantibus — pro ſeruo habet —, — vero —, et — denique —, reliqui nunquam admittunt ſeruum. Idcirco *locumtenentes* hoſce in tabula praeced. omiſimus, vt hoc modo memoriae conſulere poſſimus. Indicauimus autem ſimul in Tab. iſta, quod nonnulli domini duos agnoſcant ſeruos. Scilicet

1. — *Sarka* praeter *munachum* in decem locis pro ſeruo habet *mercam* Exod. VI, 6. XXX, 12. 2 Sam. VII, 7. 1 Reg. I, 19.

I, 19. 25. Ruth IV, 4 1 Chron. V, 18. cap. XIV, 11. XVII, 6. XXI, 12. quae 10. loca recenſentur in *Porta Accent.* §. IV. vndecimum vero ſcil. 2 Sam. V, 20. addit *Maſora* ad Exod. VI, 6. *Ratio diſcrepationis* in eo eſt poſita, quod in *Porta Accent.* adducantur loca illa, in quibus Mercam non amplius ſequitur ſeruus Kadma, in loco vndecimo autem a Maſora addito poſt ◌֥ adhuc eſt ◌֨. Sed ſi hac ratione illa loca, in quibus ſub Sarka occurrit Merca, quod ſeruus Kadma adhuc ſequitur, connumerare velimus, multo plura loca quam vndecim ſunt aſſumenda. Secundum illam ipſam Maſoram enim eiusmodi locorum ſunt 19. ſcil. Gen. XXX, 16. XLI, 45. Exod. XXIX, 21. XXXVI, 6. Num. V, 18. 21. X, 10. XVIII, 19. XX, 19. XXI, 23. XXX, 15. XXXVI, 3. Deutr. I, 7. XII, 20. XIX, 5. XXII, 24. XXVIII, 51. vid. *Maſ.* ad Gen. XXX, 16. Praeter haecce vero a Maſora notata in Bibliis iam typis expreſſis pauca adhuc alia inueniuntur, in quibus poſt ◌֮ Sarka veniat ◌֥ Merca, licet non omnes inter ſe conueniant codices, v. g. Deutr. III, 20. Num. XI, 25. XXI, 23. Ioſ. I, 15. XV, 7. Iud. II, 18. 1 Sam. III, 8. XXVI, 7. 2 Sam. V, 20. Ier. XXXII, 44. Zach. XIV, 2. Si de cognoſcendis conditionibus, ſub quibus poſt ◌֮ veniat ◌֥ et ſub quibus veniat ◌֥ eris ſollicitus, apud pleroſque altum eſt ſilentium, nec illas determinari poſſe credo, niſi ex comparatione dictorum, ſi omnia illa ſint adducta. Ex quo neceſſitas atque vtilitas concordantiarum aliquo modo iam patet, ſine quibus nos etiam nihil adhuc cum certitudine hic aſſerere volumus. Inuenimus quidem hancce a Maſora ad Gen. XXX, 16. ſuppeditatam regulam, *quod Merca ſeruiat Sarkae, ſi ſervo huius adiiciatur Pſik*, ſed iſta regula in accentuatione a priori haud multum iuuat, vt taceam, quod eadem non ſolum ad ipſa loca a Maſora obſeruata in plurimis codicibus applicari non poſſit, verum etiam alia quaedam obſtent loca, v. g. Gen. XXXVII, 22. Deut. XXVIII, 68. 1 Sam. XXVI, 7.

1 Reg.

1 Reg. XX, 30. Altera, quam legiſſe memini, regula huc redit, *quod poſt Sarkam veniat Merca, ſi inter vtrumque intercedat metegh, ſin autem minus, Munach.* Sed quaedam exempla huic etiam regulae obſtabunt, v. g. Gen. XIV, 17. XXVIII, 6. XXXVIII, 18. XLIII, 18. XLVII, 29. L, 5. Exod. XXXVI, 29. Leuit. II, 13. Num. XIV, 9. Deut. IV, 26. XX, 5. XXI, 5. XXXIII, 7. Ioſ. IV, 8. V, 6. XXI, 27. XXII, 27. Iud. III, 10. 15. XIV, 13. XIX, 8. XX, 18. XXI, 21. 1 Reg. VII, 14. 2 Reg. XIV, 8. XXV, 1. Ier. LI, 59. Ezech. XXXVI, 36. Tertia tandem, quam noui, regula haec eſt, *Merca ſeruit Sarkae, ſi vox Sarkam habens cum aliqua praecedente voce per lineolam makkeph eſt connexa.* Sed multa quoque huic regulae repugnant exempla, v. g. Gen. XVI, 5. XXXIV, 30. XXXVI, 6. XLII, 25. XLIV, 1. 4. XLVII, 27. 29. Exod. IV, 10. IX, 23. X, 13. XI, 5. XVIII, 22. Deut. IX, 26. XIV, 23. XV, 9. Ioſ. IV, 8. V, 6. XXIV, 11. X, 1. XI, 6. XXII, 25. Iud. I, 27. III, 10. 15. XX, 18. XXI, 21. 1 Sam. XI, 11. 2 Sam. XIV, 33. XX, 3. 1 Reg. VII, 14. 2 Reg. XIV, 8. XXII, 20. Ier. XVIII, 18. LI, 59. Ezech. XVI, 61. Si quis tamen ex nobis inuitis hic extorquere velit regulam aliquam, illi interim, quae ſecundo loco eſt adducta, eſſemus ſubſcripturi, ita tamen vt vocem *plerumque* ſimus adiecturi. Sunt enim nobis iam ad manus plura quam trecenta exempla, in quibus ſub Sarka venit munach, vbi vox Sarka notata non habet metegh ſibi additum. Adiiciemus quaedam illorum, v. g. Gen. I, 7. 28. III, 3. 17. VI, 4. VIII, 21. XXI, 17. XXIII, 16. XXIV, 7. XXVI, 28. XXVII, 30. XXVIII, 13. XXIX, 33. 34. XXXIX, 9. XLII, 16. 25. XLIII, 29. 34. XLVI, 20. XLVII, 1. 4. 11. 15. Ex. II, 7. VIII, 1. 5. IX, 8. XI, 5. XII, 23. XIII, 15. 17. XXIII, 15. XXV, 22. XXXV, 2. XXXIX, 5. Leu. V, 7. XII, 8. XIII, 5. XIV, 21. XXV, 30. Num. III, 13. 36. V, 13. VII, 17. 19. 23. XIV, 9. XV, 39. XVI, 3. XVIII, 8. 26. XX, 12. XXII, 22. Deut. I, 22. IX, 26. XI, 6. XIV, 13. 24. XV, 9. XVI, 11. XIX, 3. 9. XXIX, 22. XXX, 19. XXXI, 9.

Digitized by Google

Ioſ. IV, 9. VI, 8. XXII, 7. XXIV, 2. 11. Iud. I, 27. II, 12. IV, 18. 22. X, 6. XIII, 6. XV, 6. XVI, 3. 18. 26. 30. 31. XIX, 18. XX, 28. 1 Sam. II, 30. IV, 3. V, 4. etc.

2) — *Paſchta* ſeruum ̣ habet, *ſi inter dominum et ſeruum intercedunt* 1) *vna aut plures ſyllabae* v. g. Gen. III, 6. 19. XVI, 5. XXXVIII. 12. Leuit. XXI. 10. Ioſ. XI, 21. Ieſ. XXX, 3. 2) *Schua mobile* Gen. VI, 14. XVIII, 6. XIX, 4. 3) *Patach furtiuum* Gen. I, 12. Ieſ. LXIII, 12. 4) *Pſik euphonicum ſiue emphaticum* Ezech. I. 4. XL, 16. 1 Chron. IX, 44. *Alias habet* ̣ *mercam.* v. g. Gen. I, 2. Exod. VII, 21. Deutr. XXVIII, 1. 1 Sam. XVII, 49. Ioel IV, 4. Malach. VII, 15. Eccleſ. I, 8. III, 22.

3) ̣ *Thbir* pro ſeruo habet ̣ *Darga, ſi inter tonum domini et ſerui intercedunt* 1) *duae vel plures ſyllabae* v. g. Gen. VI, 19. VIII, 31. XLI, 35. XLIII, 3. 22. Exod. III, 6. Leu. XI, 32. 2) *vna ſyllaba et ſchua mobile* Gen. XLII, 15. Exod. IX, 19. Leu. XV, 5. Iud. XI, 9. Ieſ. XLII, 6. 3) *vna ſyllaba et Patach furtiuum* Gen. XIX, 24. Exod. XXXIX, 9. Ieſ. V, 4. 2 Chron. XXXII, 12. 4) *vna ſyllaba et Makkeph*, ita vt haec ſyllaba ſimul gaudeat Methego. Ioſ. VIII, 9. 12. XVI, 3. Exod. XXI, 35. Si vero iſta ſyllaba non habet methegh ſibi adiectum, tunc etiam ̣ non occurrit. v. g. Gen. IV, 4. Leu. XI, 12. 5) *vna ſyllaba et Pſik*, ſiue hoc ſit expreſſum ſiue intellectum. conf. *Port. Accent.* §. XII p. 3. ſeqq. *Alias Thbir accipit Mercam* v. g. Gen. XXXIX, 11. XLII, 17. 21. 27. 32. XLIII, 8. 14. Exod. IV, 5. Deutr. XVII, 19. XX, 3. XXXII, 5. 1 Sam. XIV, 22. 28. Ier. XLIX, 7.

4) — Gereſch admittit ſeruum ̣ Munach, *quando tonus ſerui incidit in primam ſyllabam vel vocem monoſyllabicam non incipientem a ſchua* v. g. Num. XXXI, 16. Ieſ. V, 7. XXIX, 16. LXV, 23. Ezech. XXXIII, 11. XLV, 4. Hac ceſſante conditione Gereſch pro ſeruo habet — Kadma. Exempla in omnibus fere paginis ſunt obuia, ideoque iſta adiicere ſuperfluum duximus. Iſtud vero probe notandum eſt,

quod,

quod, *ſi in tertia poſt Gereſchum voce occurrat* ∸ *Tliſcha ktanna, ſemper in ſecunda voce inueniatur kadbma*, ſi vel maxime etiam in iſta voce tonus incidat in primam ſyllabam non incipientem a ſchua, v. g. Gen. IX, 23. Exod. III, 15. IV, 10. Leu. XXII, 13. Deutr. XIX, 15. Ioſ. XIV, 4. XVIII, 16. Iud. III. 16. XIV, 16. 1 Sam. XI, 7, XIV, 28. 2 Reg. VI, 22. Ier. XIII, 14. XIV, 17.

5) ': *Pſik munacbatus* vſitatiſſime *Lgarme* dictus, quando in ditione Rbhiae tanquam primus ſubdiſtinctiuus occurrit, aſſumit ֲ mercam, ſi huncce ſequitur kadhma 1 Reg XIV, 21. Eccl. VI, 2. vel Gereſch Leu. X, 6. XIII, 59. Deutr. XIII, 6. Iud. VI, 8. XIV, 19. 1 Sam. XVII, 25. 2 Reg. XI, 15. Ezech. VIII, 6. Ier. XLI, 2. LII, 25. Si vero ſequitur munach, ipſe ſeruus eſt quoque munach v. g. Num. IX, 10. Ioſ. XIX, 51. 1 Reg. VIII, 65.

§. XX.

Ponuntur autem accentus iſti coniunctiui et diſtinctiui vel infra vel ſupra vocem, quam ponendi rationem per lineolam transuerſam, cui quilibet accentus vel ſubſcriptus vel ſuperimpoſitus fuit, indicauimus. Qui ſupra vocem ponuntur vocantur *ſuperni*, qui vero voci ſubiiciuntur dicuntur *inferni*. Sunt igitur accentus ſuperni XIV. et inferni XI. (§. XIII. XIV. XVIII, XIX.) Sic etiam Soph Paſuk et Pſik, qui per ſe non conſtituunt accentus, ſed aliorum accentuum appendices tantum ſunt, nec ſuperne nec inferne, ſed ad latus vocum finitarum collocantur, hincque a PHIL. OVSEELIO *) *laterales* dicuntur, SPEIDELIVS **) vero eiusmodi accentus diuerſis figuris gaudentes ex iisque compoſitos maluit vocare *mixtos*.

*) vid. eius Introd. in Accent. Hebraeorum proſaicam Cap. I. §. 8. p. 4.

**) vid. eius laudat. Commentar. Cap. III. §. 6. p. 25.

§. XXI.

Tantum vero abeſt, vt accentus, ſiue ſuperni ſiue inferni ſint, vnam eandemque ſyllabam occupent, vt alii potius vocis initium, alii medium eiusdem, eiusque finem alii tandem adficiant. Et hoc reſpectu diuiduntur in praepoſitiuos, intermedios, et poſtpoſitiuos. *Poſtpoſitiui* nimirum ſunt, qui in vltimam vocis literam perpetuo collocantur, quamcunque tonus occupet ſyllabam, quorum in proſaicis quatuor reperiuntur, ſcil. ◌֒ ◌֮ ◌֙ Paſchta, et ◌֩. *Praepoſitiui* ſunt, qui primum vocis punctum vocale antecedunt, cuiusmodi in proſaicis duo occurrunt ◌֠ et ◌֚ Ithibh. *Intermedii* tandem ſunt, qui in ſyllaba tono affecta ſemper ponuntur. Et huc omnes reliqui ſpectant. Sunt igitur inter hos intermedios quatuordecim domini ◌ֽ ◌֑ ◌֔ ◌֕ ◌֖ ◌֗ ◌֛ ◌֡ ◌֜ ◌֞ ◌֓ ◌֟ ◌֨ ◌֘ et ſex ſerui ◌֣ ◌֤ ◌֥ ◌֧ ◌֦ ◌֪. Ex iisdem intermediis autem *ſuperni* ſuper punctum vocale tono notatum perpendiculariter ponuntur, adeoque primam ſyllabae ſuae a ſchua non incipientis litteram occupant, *inferni* vero poſt vocalem ſyllabae tono affectae locantur. Si tamen vocalis iſta ſit (ו) vel (וֹ) et cum et ſine fulcro, tunc accentus iſti inferni vocalem antecedunt, v. g. גֻּלִי שׁוּבִי.

§. XXII.

Conqueruntur plurimum incipientes *de accentuum confuſione*, *quod* accentus nonnulli *figuram haberent vnam eandemque partim* cum aliis accentibus, *partim* cum aliis punctis; ſed iſta cognito ſitu accentui cuilibet proprio maxima ex parte iam ceſſabit. Licet enim

1) *Silluk* eandem agnoſcat figuram, quam habet *metegh et pſik*, lineolam ſcilicet perpendicularem (ֽ); facile tamen a ſe inuicem exinde dignoſci poſſunt, quod *ſilluk* tanquam intermedius ſemper ſit in ſyllaba tono affecta (§. XXI.), *metegh*

tegh autem nunquam in ſyllaba, quae tonum habet, occurrere poſſit *). *Pſik* tandem ad latus vocis finitae locatur (§. XX.), cum vterque praecedentium infra vocem appareat.

2) *Sakeph katon* et *ſchua* vnica indicentur figura, ſcilic. (:); ex ſitu tamen ſemper a ſe inuicem tuto diſcernuntur, quum *ſakeph katon* ſupra vocem, *ſchua* vero infra eandem perpetuo ponantur.

3) *tiphcha* et *gereſch* eandem exhibeant figuram; ſitus tamen confuſionem eorum metuendam remouet, ſiquidem *tiphcha* infra vocem, *gereſch* autem ſuper eandem collocetur.

4) *paſchtae* et *kadhmae* eadem figura competat, et vterque ſit ſupernus; ita tamen a ſe diſtinguuntur, quod *Paſchta* tanquam poſtpoſitiuus vltimam ſemper adficiat litteram, *kadhma* vero tanquam intermedius ſuper vocalem tono notatam perpendiculariter collocetur. (§. XXI.) v. g. זָקֵן, דָּבָר et גָּלָה eſt *kadhma*, ſed זָקֵן, גָּלָה et דָּבָר eſt *paſchta*, qui paſchta in eiusmodi vocibus penacutis vel quaſi penacutis (i. e. in duplex ſchua vel patach furtiuum terminatis) ſemper geminatur, ita vt vna figura inſtar intermediorum tonum occupet, altera vero in loco debito ponatur, vt דָּבָר, כְּלֵב, quod in reliquis poſtpoſitiuis non ſemper obſeruatur **). Sin autem figura iſta ◌֙, vtrumque denotans, ſit collocata in vltima ſyllaba ſimplici in vocalem terminata, quod rariſſime euenire ſolet, v. g. in ſuffix. ךָ, tunc non conſtat, vtrum repraeſentet hoc loco paſchtam an kadhmam v. g. in עַבְדְּךָ, דְּבָרְךָ, יְקִימְךָ tum *paſchta* tum *kadhma* eſſe poteſt, ſed quinam iſtorum ſit hoc vel illo loco, ſemper *ex conſecutione* tuto

*) vid. b. DANZII Compend. Gramm. ebraeo-chald. §. 13.

**) conf. BVXTORFIVS in Theſ. gramm. Lib. I. Cap. V. p. 34. OVSELIVS l. c. Cap. I. §. 13. p. 5. WEIMARVS l. c. p. 392.

determinari poteſt, ne dicam, quod teſtimonio b. MICHAELIS *) manuſcripta accuratiora iſtud obſeruent diſcrimen, quod *paſchta* in eiusmodi ſyllaba appareat in extremo literae apice, *kadhma* autem medio literae ך imponatur

5) *Ithibh* et *mahpach* eandem agnoſcant figuram, ac inferne ponantur; exinde tamen a ſe inuicem haud difficulter dignoſcuntur, quod *Ithibh* tanquam praepoſitiuus primum vocis punctum vocale antecedat, *mahpach* vero poſt vocalem tono affectam demum collocetur (§. XXI.). v. g. in מֶלֶךְ et כִּי eſt mahpach, ſed in סֻבַּר et כִּי eſt Ithibh. Quod ſi tamen accidat, vt accentus per iſtam figuram denotatus ex ſitu determinari haud poſſit v. g. in עִרִּי, קָמְסָךְ, tunc *ex conſecutione* venit diiudicandus. In locis ambiguis Ieſ. XXX, 32. Ezr. IX, 4. pro Ithibh militat *Maſora* ad Leu. V, 2. **).

Obſeruaui etiam, quod nonnulli incipientes primo intuitu circa *cholem* ſine fulcro et *rbbiam* a ſe inuicem dignoſcenda haeſitauerint, ſed illud ex attentionis ſufficientis defectu factum eſt, *ſiquidem cholem litterae ſuae ad latus; rbbia autem medio litterae imponatur.* Nec metuenda eſt confuſio cum alio puncto voci quinque locis †) extraordinarie impoſito, quod numerum accentuum non ingreditur: vbi enim rbhia occurrit, ibi nullus alius accentus diſtinctiuus obtinet locum, ſed in locis illis cum puncto extraordinario notatis praeter punctum illud alius adhuc in eadem voce reperitur accentus diſtinctiuus. Praeter iſta quinque loca reſtant etiam decem alia, quae vna cum iſtis puncta habent extraordinaria ††). Duo ſcilicet iſthusmodi puncta inueniuntur Gen. XXXVII, 13. tria Gen. XVIII 9. 2 Sam. XIX, 20. Ieſ. XLIV, 9. quatuor Ezech. XLI, 20. Pſalm. XXVII, 13. quinque Num. III, 39. ſex Geneſ. XXXIII, 4. ſeptem Ezech. XLVI, 22. vnde-

*) vid. eius *gründlicher Unterricht von den Accentibus proſaicis et metricis* p. 7. in fin. et Diſſert. de MSC. Erfurt.

**) conf. Port. Accent. §. V.

†) ſcilic. Gen. XVI, 5. XIX, 33. Num. IX, 10. XXI, 30. XXIX, 15.

††) adducuntur iam quindecim iſta loca punctis extraordinariis notata a *Maſora* ad Gen. XVI, 5. it. ad Num. III, 39. eorumque decem ſunt in lege, quatuor in prophetis, vnus in hagiographis.

vndecim Deut. XXIX, 28. Diuerſa horum punctorum redditur ratio, prouti ex criticae ſacrae ſcriptoribus †††) cognoſci poteſt.

§. XXIII.

Loquuntur etiam quidam accentuum doctores de accentibus euphonicis ſiue rhetoricis, quorum ſunt tres, *Makkeph* nimirum vel *Makkaph, Metegh* et *Pſik*. Opponunt eosdem dominis atque ſeruis hactenus deſcriptis, qui iſto reſpectu vocantur *tonici*, denominatione a potiori deſumta, quod tonum plerique omnes occupent: ſtricte enim intermedii tantum nomen illud vindicare ſibi poſſunt (§. XXI.). Sic etiam, et meliori quidem ratione ac magis adaequate, cognominantur *ordinatiui*, vt hac denominatione reſpiciatur ad officium iſtorum. Ordinant enim ad ſe inuicem ideas atque orationis partes, docentque quae coniungi aut ſeparari, quaeque ad ſubiectum et praedicatum pertineat in ſimplici propoſitione, et quae ad antecedens quaeue ad conſequens in propoſitione compoſita ſit referenda (§. VII. et VIII.) *Euphonici* vero *accentus* tonicis inſuper in voce ad euphoniam eiusdem promouendam accedunt, dicunturque temperare tantum legendi rationem, atque afficere pronunciationem, retardantes vel accelerantes eandem. Haud male igitur dicere poſſumus, *euphonici accentus* generatim ſunt ſigna, quibus lectionis curſus ratione temporis aliquo modo mutatur. Et quoniam ſyllabae vocum vel celeriori vel tardiori modo pronunciari poſſunt, in duas iſti abeunt ſpecies. Priorem ſpeciem efficiunt *Metegh* et *Pſik* qui ſonum ſufflaminant et ſuſpendunt, ab Ebraeis ideo רַסְנֵי הַקְּרִיאָה *habenae lectionis* vocati; altera vero conſtituitur per *Makkeph*, quod ſonum promouet. De Metegh et Makkeph in Grammaticis iam agitur, tertiique tractatio accentuum docto-

†††) vid. v. g. PFEIFFERI Criticam ſacr. Cap. VI. Quaeſt. IV. p. 168. et conf. HILLERI Arcanum kri et Cthibh Lib. I. Cap. VII. §. 3. p. 152. ſeq. BVXTORFII Tiber. Cap. XVII.

doctoribus magis competit. Sed hac in re non conueniunt inter ſe, dum *alii* vnicum ſcil. euphonicum, *alii* duplex, diſtinctiuum et euphonicum, *alii* triplex, diſtinctiuum, euphonicum, et emphaticum rhetoricum adſumunt. *) Nos omnem hic dictorum accentuum euphonicorum diiudicationem tribus annotationibus huic paragrapho ſubiunctis includemus, ac deinceps ad valorem accentuum indicandum progrediemur, vt ſcopo huius Exercitationis primae ſatisfaciamus.

1.) מַקֵּף idem eſt ac *connectens*, *copulans*, ſeu *connexio*, *copula*, ſiue vox iſta a Rad. Syr. נְקַף *copulari*, ſiue a יקף in Hiph. vſitata *circuiuit*, *cinxit*, *annexuit*, *coniunxit*, coll. §. 44. obſ. 3. β. deducatur. b. DANZIO prior arridet radix, eamque ob cauſam inflectit vocem noſtram in §. 14. *Litteratoris* p. 129. tanquam Participium praeſent. temp. in Aphel coll. §. 44. I. 1. et §. 17. caut. 2. obſ. quae formandi ratio non reiicienda eſt, quia reliqua accentuum nomina, ſi non omnia certe pleraque ſunt chaldaica (§. XV. XVI.). Ex Grammaticis aliis vero ALTINGIVS, BVXTORFIVS, et ex Accentuatoribus DOERFFELIVS, SPEIDELIVS, OVSELIVS, WEIMARVS, aliique legunt *Makkaph*, quod perperam fieri DANZIVS l. c. aſſerit, ſiquidem vox iſta non copulatum ſed copulantem indicare debeat. Poteſt tamen lectio haec defendi, ſi aſſumamus, auctores iſtos vocem noſtram tanquam nomen *copulatorem* ſ. *connexionem* indicans reſpexiſſe, ad Form. XXIII. p. 73. מִשְׁכָּן coll. §. 44. I, 1. §. 29. I, §. 17. caut. 2. obſ. §. 6. obſ. 6. Makkeph ante Dageſch forte euphonicum vocatur etiam דְּחִיק *premens*, *feſtinans*. Sed haec de nomine ſufficiant. De re ipſa autem duo inſuper notanda ſunt momenta. *Alterum* eſt, quod duae, tres, vel quatuor per Makkeph copulatae voces vnicum tantum admittant accentum tonicum. Quod ita demonſtratur. Makkeph a voce iſto affecta aufert tonum, eamque ad continuam cum ſequente pronunciationem copulat (§. 14. Gr. Danz.). Ergo ex vocibus per Makkeph

*) conf. TH. BOSTON in Tract. ſtigmologico Cap. IV. Sect. 3. p. 140. 141. C. A. BVTTNERVS in Introduct. ad Accent. Ebr. §. 20. 21. I. D. MICHAELIS l. c. p. 4. et SPEIDELIVS l. c. p. 19. ſeqq.

keph copulatis oritur vox toni vnius. Vox autem vnius toni non patitur moram, adeoque nec ſeparari per interſtitia orationis poteſt, neque attentioni in iſto caſu ſubſiſtendi locus eſt: Ergo vox toni vnius accentus diſtinctiuos diuerſis ſyllabis impoſitos non admittit (§. VIII. IX.). Et quoniam etiam per ſe patet, quod in pluribus vocibus, vnicam tamen toni vocem efficientibus, pronunciatio omnium ſyllabarum acceleranda ſit; non alio coniunctionis ſigno, adeoque nec accentu coniunctiuo ibi opus eſt (§. §. cit.). Voces proinde per Makkeph copulatae vnico tantum accentu tonico notantur (§. XXIII.). Quae obſtare videntur exempla pertinent ad Exercitationem IV. *Alterum* vero reſpicit quaeſtionem, vbinam Makkeph noſtrum ponatur. Plurimi Grammaticae pariter ac accentuationis praecepta tradentium in eo acquieſcunt, quod Makkeph lectionis curſum promoueat, et voces paucarum ſyllabarum, in primis monoſyllabicas, vel ſyntactice vel emphatice, ſiue vi feſtinantis cuiusdam affectus, conſtructas copulet. ALTINGIVS vero vlterius progreſſus, quatuor haſce conſtituit regulas **): accentus perit, et Mackaph adhiberi ſolet 1) poſt particulas monoſyllabicas, accentus diſtinctiui non capaces. Quorſum etiam אשר aliaque monoſyllabica pertinent. 2) quando accentus dictionis acutae, qui ob vicinitatem immediate ſequentis diſtinctiui in initio proximae dictionis regredi debuiſſet ad ſyllabam penultimam, ibi locum non inuenit, quod vel nulla adſit ſyllaba, vel in ſchua quieſcens deſinat. 3) poſt nomen conſtructum cum alio monoſyllabo, vel biſyllabo penacuto, interdum etiam acuto. 4) quando numerus dictionum maior eſt, quam accentuum tonicorum in eodem membro ſententiae, nonnullae diſtinctiones per Mackaph copulantur. Quibus regulis Vir doctiſſimus iſte addit: Negligitur tamen frequenter coniunctio iſta dictionum per Mackaph. Hoc etiam duo verba nunquam coniungit. Quam vltimam aſſertionem autem I. FRANKIVS ***) falſitatis recte arguit.

II.) מֶתֶג proprie ſignificat *fraenum* ori brutorum ad eorum actiones coercendas et dirigendas inditum. Prou. XX, 3. Pſalm XXXII, 9. Porro autem vt hic, ad quodlibet retinaculum et ſufflamen transfertur.

**) vide eius *Fundamenta punctationis Linguae ſanctae* §. 158. p. 413. Edit. quartae.

***) in Tenebris lucidis ſ. Diacritica ſacr. §. 55. p. 68. addatur SANCKE l. c. p. 35. lit. b.

Digitized by Google

fertur. Figura eius eſt linea perpendicularis punctis vocalibus tono deſtitutis addita, quae indicat ſyllabam cui additur cum morula quadam eſſe pronunciandam. Differt igitur a Silluko (§. XXII, 1.), ac denominatio eſt deſumta ab officio, quia inſtar additi fraeni ſyllabam aliquantiſper inter pronunciandum detinet, ne ruat et praeceps feratur. Diuiditur Methegh iſtud a WEIMARO *), SPEIDELIO **), aliisque in primarium et ſecundarium. Methegh *primarium* illis eſt, quod vocalibus longis, vel longarum vicariis in tertia ſyllaba ante accentum tonicum, vel et ante ſchua, ſi tonum non habet, adſcribitur; *ſecundarium* vero, quod vocalibus breuibus ante ſchua compoſitum, vel ante ſimplex in futuris verborum היה et חיה, vel etiam ante Dageſch forte apponitur. Sed accuratius doctrinam de Metegh b. Danzius proponit in Gramm. §. XIII. ſi huius Membrum I. ita mutaueris: Metegh adſtrictum, in ſyllaba ſimplici, ſaepius adiicitur

1) vocali tertiae, vel quartae ante tonum

α) longae ante aliam longam v. g. Gen. I, 7. 8. לָרָקִיעַ *expanſo*. Gen. I, 16. הַכּוֹכָבִים׃ *ſtellae*.

β) longae ante breuem v. g. Gen. XXIV, 4. מוֹלַדְתִּי *cognatio mea*.. Iud. XVI, 26. הָעַמֻּדִים *columnae*.

γ) breui ante longam v. g. Gen. XXIV, 8. מִשְּׁבֻעָתִי *a iuramento meo*. Gen. XLVIII, 9. קָחֶם־נָא *accipe eos quaeſo*.

δ) breui ante breuem v. g. Gen. XI, 6. הַחִלָּם *initium eorum* Gen. XLIV, 1. כֶּסֶף־אִישׁ *argentum cuiuslibet*.

2) cuiuis ante etc.

3) breui

α) ante eandem etc.

β) poſtquam dageſch characteriſticum, aut compenſatiuum, *vel etiam*

*) vide eius Doctrin. Accentuation. Hebr. Reg. V. Membr. I, 2. p. 96.

**) conf. eius Comment. in Accentus Hebr. Cap. II. Sect. II. §. 2. et 3.

etiam ſchua excidit v. g. Ioel II, 23. בַּיהוָֹה *in Iehoua* Gen. XVIII, 30. לַאדֹנָי *domino.*

γ) breui pro ſchua compoſito alternanti ex §. 26. XI. v. g. Ier. XI, 7. הַעֵדֹתִי *obteſtatus ſum.*

et Membro II. adieceris, quod meteghˈ laxum etiam detur 3) ad vocalem longam compoſitae ſyllabae tono deſtitutae, vt mora ſuperflua excuſetur v. g. בָּתֵּיהֶם *domus eorum* Num. XVI, 32. Quae etiam denominationes a b. DANZIO adhibitae ſunt aptiores iſtis, ſiquidem habenas ſiue fraenum equi, vnde iſtae denominationes ſunt deſumtae, modo adſtringere modo laxas dare ſoleamus. Ne quis vero comparationem ſiniſtre faciat, ita vt notio generalis Meteghi, morulam ſcilicet pronunciationi ſyllabae iniicere, ad metegh laxum non amplius poſſit adplicari; ipſa Danzii verba ex *Litteratore* p. 123. adiiciemus: „*Laxum* docet ita pronunciationem inſtituendam eſſe, „vt *vocali* (ſaepius ob difficultatem ſequentis literaeˈmelius ſuperan„dam) *ſufflaminatâ non nihil*, cum maiori deinceps impetu, et quo„dam quaſi *ſaltu* tranſilias ad ſequentem literam in eâd. ſyllabâ effe„rendam. Quomodo laxatis habenis, equus foſſam accedens, mo„mentaneâ cunctatione deprehenditur ſe praeparare, ad tranſiliendum commodius.„ Apud Ebraeos methegh noſtrum vocatur etiam מַאֲרִיךְ *producens*, ſi collocetur poſt breuem vocalem ante ſchua compoſitum; חִרוּק *ſtridor* autem, ſi apponitur chireek paruo; et גַעְיָא *mugitus* tandem, ſi initiali ſcheuati adiectum eſt. Quod inter alios etiam IAC. ALTINGIVS ***), CHRISTOPH. ANDR. BVTTNERVS, *) et GEORG. VENZKY **) obſeruant.

III.) פְּסִיק indicat *diremtorem* §. XV. circa fin. eiusque figura, duo vocabula a ſe inuicem ſeparans, appellationi congruit. Sicut vero a methegh et Silluk tam externe quam interne differt (§. XXII, 1. et XXIII.): ita quoque difficultas circa eius valorem et diuiſionem occurrens ex ſequentibus forſitan nunc remoueri poterit. *Pſik in genere* eſt lineola perpendicularis inter duas voces poſita, quae pecu-

F 2 liarem

***) loc. cit. §. 24. in Schol. p. 33. in fin. et §. 159. Schol. I. VI, et VII.

*) loc. cit. §. 20. p. 9.

**) loc. cit. p. 5.

liarem iuxta eas morulam, ad euitandam confuſionem quandam, indicat. Et quoniam hac ratione Pſik neque ſupra neque infra vocem ſedem ſibi deligit tanquam certam quandam ſyllabam ſpectans; exinde quoque perſpici poteſt, quod non per ſe ſit accentus tonicus, ſed tantum tonicorum quorundam, quibuscum componitur, partem conſtituat. Cumque illis vel neceſſario vel contingenter tantum adhaereat, duae iſtius adſumi poterunt ſpecies, neceſſarium ſcilicet et contingens Pſik. *Pſik neceſſarium* a tonico accentu, quocum coniungitur, eſt inſeparabile, partemque eius neceſſariam conſtituit. Quale in accentuat. proſaica eſt ,!— alternans *Rbiae*, et '⏉ ſubdiſtinctiuus *Rbbiae* in tertia ab hocce Domino ſuo voce tanquam legatus occurrens. Cum igitur Pſik neceſſarium cum altero cui adponitur accentu, vnum accentum diſtinctiuum efficiat (§. XIII. XIV.); Pſik neceſſarium ſimul eſt Pſik diſtinctiuum. *Pſik contingens* autem ab accentu tonico, cui additur, ſeparari poteſt, nec neceſſariam eius partem conſtituit. Ergo Pſik contingens modo apponitur tonicis, modo non; et doctrinae gratia diuidi poteſt in diſtinctiuum et euphonicum. *Pſik diſtinctiuum* apponitur iſtis ſeruis, qui ſub nomine vicariorum et legatorum ad diſtinctiuorum dignitatem euehuntur, de quibus infra in Exercit. III. ſpeciatim agemus. *Pſik euphonicum* autem ſeruo actu tali, et raro etiam ipſis dominis ſociatur. Hoc fieri tantum ſolet in accentuatione metrica, vbi Pſik adiicitur *Merca mahpachato* Pſal. V, 13. et LV, 20. *Rbbiae* Pſal. LXXXVI, 8. Prou. VII, 7. *Tiphchae anteriori* Pſal. CXVIII, 25. et *Paſero* Iob. XI, 6. XXIV, 14; illud vero in proſaica et metrica ſimul occurrit frequentius. Sic enim Pſik in proſaica additur ſeruis *munacho* Ioſ. XIX, 51. 1 Sam. VII, 10. *mercae* Ierem. XXIII, 6. Ez. XLVII, 17. *dargae* Deutr. VII, 26. Num. XIV, 3. *mahpacho* Deut. VIII, 15 2 Sam. XXIV, 3. *kadhmae* Num. III, 38. *Tliſchae ktannae* 2 Reg. XVIII, 17. Et quoniam eiusmodi Pſik nec coniunctionem nec diſiunctionem idearum determinat (§. XXIII.), peculiarem tamen morulam confuſionis euitandae gratia indicat (per praecedentia); perſpectu eſt facile, cur frequenter collocetur 1) inter vocabula eadem Num. XVII, 28. Ezech. XLI, 5. 6. 16. 2) inter vocabula, quorum finis idem eſt ac initium ſequentis Iudic. I, 7. 1 Chron. XXII, 3. 3) inter nomen diuinum et rem aliam, vel antecedentem vel ſubſequentem Ieſ. XXXVII, 24. Exod. XVII. 15.

§. XXIV.

Digitized by Google

§. XXIV.

Dignitatem ac valorem accentuum diſtinctiuorum exinde optime addiſci poſſe, quidam arbitrantur, ſi iſtis vim diſtinguendi determinatam noſtris interpunctionibus reſpondentem tribueremus *). *Silluk* nimirum ex eorum ſententia ſemper *conſtituit punctum*, *athnach* et *ſgolta colon*, *ſakeph katon*, *ſakeph gadbol* et *tiphcha ſemicola*, *duces* noſtri *commata*, ac *comites* tandem *ſemicommata* **). Sed hac ratione res magis difficultati exponitur, et loca ferme innumerabilia iſti obſtant ſententiae, vt taceam, quod concipi haud poſſit, quid per diuerſos in ſemicommate gradus ſit intelligendum, dum loquantur de ſemicommis et ſemicommulis extraordinariis, maioribus, minoribus, minimis ac maximis. Hinc pro dignitate cognoſcenda claſſes ſupra conſtitutas, monitumque ibi adiectum commendamus. Exinde enim pateſcit iam generatim, quod ◌ֽ Silluk maiori gaudeat valore ◌֑ Atnacho, vterque autem antecellat dignitate ◌֒ ſgoltam, ◌֔ ◌֕ Sakeph katon et gadhol, et ◌֖ tiphcham; quod ◌֒ magis valeat quam ◌֔ et ◌֕, quod ◌֔ et ◌֕ maiorem habeant diſtinguendi vim, quam ◌֖; quilibet vero eorum maiori praeditus ſit dignitate, quam duces, et ita porro. Vberius valor iſte cognoſcitur ex conſecutione. Nos igitur maxime vſitatam accentuum ſequelam, quam vocant regularem, adiiciemus. Sed ſi iſta plenius intelligi debeat, termini quidam technici, et hic et in tota accentuatione ſuam habentes vtilitatem, antea ſunt illuſtrandi.

 §. XXV.

*) conf. IOH. WILLH. HILLIGERI ſummarium accentuat. Ebraicae *Part.* prior. §. 3. et 4. AVG. PFEIFFERI Manuductio ad Accentuat. V. T. *Part.* I. §. 5. et 8. et ex recentioribus GEORG. VENZKY proſaiſche accentuat. der Hebraeer p. 9. ſeqq. et THOM. BOSTONIS Tract. ſtigmologicus Hebraeo-biblicus, in quo iſtam ſententiam ante WASMVTHVM fuiſſe communem teſtatur *P.* I. C. XII. Sect. I. p. 72.

**) vid. VENZKY l. c. p. 49. num. 5. et auctores mox nominati ll. cc.

§. XXV.

Quando accentus aliquis vocatur *diſtinctiuus* vel *dominus*, vox iſta *ſumitur vel* 1) *late*, quo ſignificatu omnes accentus, qui non ſunt ſerui, iſto nomine veniunt, *vel* 2) *ſtricte*, vbi ille tantum *diſtinctiuus* dicitur, qui alterum reſpicit eoque maior eſt. Huic diſtinctiuo ſtricte ſic dicto opponitur *ſubdiſtinctiuus*, eſtque accentus alterum reſpiciens, qui minor eſt illo quem reſpicit. *Vnus* vero ex diſtinctiuis late ſumtis *alterum reſpicere dicitur*, quando alius propter alium conſtituitur. Quae conſtitutio vnius propter alterum vt fieri poſſit et debeat, ex eorum natura ac definitione manifeſtum eſt. Cum enim ad ideas in oratione aliqua obuias detineatur attentio, vt ad integram propoſitionem felicius poſſit dirigi, ad propoſitiones vero ſingulas, vt ad periodos deinceps conferri rectius poſſit; illorum, quae ſigna attentionis detinendae ſunt, vnum conſtituitur atque conſtitui debet propter alterum. Cum igitur accentus diſtinctiui late ſic dicti ſint ſigna attentionis detinendae (§. VIII.); accentuum diſtinctiuorum alii conſtitui debent propter alios, adeoque eorum vnus reſpicit alterum. Ex quo diuiſio diſtinctiuorum late ſumtorum in diſtinctiuos ſtricte ſic dictos et ſubdiſtinctiuos, eorumque notio poterunt intelligi, ex eaque ſimul perſpici, *quod* duces *reſpectu regum et imperatorum ſint ſubdiſtinctiui, reſpectu comitum vero diſtinctiui,* itemque *quod* reges *intuitu imperatorum ſint ubdiſtinctiui, ſed ducum intuitu diſtinctiui,* et denique, *quod* imperatores *ſemper ſint diſtinctiui,* eamque ob cauſam recte *domini abſoluti vocentur.*

§. XXVI.

Sicuti autem diſtinctiuus vel late vel ſtricte ſumitur, ſic idem etiam circa ſubdiſtinctiuos euenire ſolet, vt mox minores, mox denuo minores, mox maiores, mox denuo maiores etc. iſti audiant. Quoniam nimirum accentus ſubdiſtinctiuus eſt, qui alterum, quo minor eſt, reſpicit, (§. praec.)

aut

aut reſpicere poteſt illum dominum ſuum mediate aut immediate. Immediate ſcilicet vnus reſpicit alterum, quando inter vtrumque non alius claſſis diuerſae accentus intercedit, e. g. *imperator aliquis et rex*, it. *rex et dux ſe immediate reſpiciunt.* Mediate vero illud fit, ſi alius claſſis diuerſae accentus intercedat, v. g. *imperator et dux*, *rex et comes mediate ſe reſpiciunt.* Iam *accentus ſubdiſtinctiuus* dominum quendam immediate ita reſpiciens, vt inter ipſum et dominum nullus eiusdem claſſis intercedat, vocatur *minor*: ſi vnus inter vtrumque intercedit, ſubdiſtinctiuus ille appellatur *maior*, et, ſi duo intercedunt, *denuo maior* cognominatur. Hinc, quia accentuatio a fine commatis ſuum capit initium, recte quoque aſſeri poteſt, quod ille ſubdiſtinctiuus immediate dominum ſuum reſpiciens, qui primo loco ponitur, *minor*, qui ſecundo *maior*, et qui tertio, *denuo maior* ſit. *) Ille vero accentus ſubdiſtinctiuus, qui dominum quendam mediate reſpicit, vocatur *denuo minor*. Hinc denuo minor domini cuiusdam eſt ſemper minor ſubdiſtinctiui iſtius domini **)

Accentuationem a fine commatis ſuum capere initium, iam ſupra adſeruimus §. XIII. iſtiusque adſerti ratio haec eſt, quod in fine maxima commatis eſt diſtinctio, adeoque maximus etiam ibi accentus diſtinctiuus, cui reliqui ſubordinantur, ponitur. Quoniam vero in lectione verſus cuiusdam initium fit ab eiusdem initio, iſtaque a dextra verſus ſiniſtram inſtituitur; facile diiudicatu erit, *quod vox quae lectionis ratione eſt prima*, *reſpectu accentuationis ſit vltima, et* quod *vice verſa* vox ratione accentuationis vltima ſit prima reſpectu lectionis. Itemque etiam facile poterit perſpici, quod

vox

*) v. g. :— — | — — (minor) || — — (maior) ||| — (denuo mai.) i. e. Silluk cum Soph-Paſuk praeuio ſeruo Merca, pro minori habet Tiphcham praeuio ſeruo Merca, pro maiori Sakeph katon praeuio ſeruo Munach, pro denuo maiori Sakeph katon.

**) v. g. :— — | — — (minor) || — — (denuo minor.) i. e. Silluk cum Soph-Paſuk praeuio ſeruo Merca, pro minori habet Tiphcham praeuio ſeruo Merca, pro denuo minori Tbhir praeuio ſeruo Darga.

vox praecedens ſit quae ſtat a dextra; *vox* autem *ſequens*, quae eſt a ſiniſtra; quodque v. v. *accentus* ſit *praecedens* qui eſt a ſiniſtra; *ſequens* autem *accentus*, qui ſtat a dextra. Et hoc intelligendum eſt de dominis. E contrario *ſerui* etiam, ſicut voces in lectione, *praecedere dicuntur*, qui dominis ſuis ſunt a dextra. Sic v.g. Gen. I, 1. Silluk eſt primus accentus dominus, et praecedit Tiphcham, Tiphcha eſt ſecundus dominus, et ſequitur Sillukum. Tunc ſequitur tertius dominus Atnach, eumque ſequitur quartus et vltimus dominus Tiphcha. E contrario בראשית eſt vox prima', ברא eſt vox ſecunda, iſtamque ſequitur, et הארץ eſt vox vltima; itemque merca praecedit Sillukum, Tiphcham praecedit iterum merca, et athnachum praecedit munach. Sic énim conſecutionem huius verſus efferunt: Silluk praeuio ſeruo merca pro minori habet Tiphcham praeuio ſeruo merca, et athnach praeuio ſeruo munach pro minore habet Tiphcham. Vide etiam p. praec. conſecutionem infra aſteriſco notatam. Non conueniunt quidem in his denominationibus omnes accentuum doctores, vti patet et ABICHTIO p. 25. FRANKIO p. 208. I. H. MICHAELIS p. 9. WASMVTHO p. 3. 4. WEIMARO p. 6. et STOLTENII accentuatione ſacr. codicis Διχοτομικη; interim noſtra loquendi ratio eſt conſtantiſſima.

§. XXVII.

Illa orationis pars quae accentui cuidam domino ſubeſt, vocatur accentus eiusdem *ditio*, *territorium*, *inciſum*, *iuriſdictio*, Rabb. דין. Hinc ſeries vocum vel accentuum ad certum quendam diſtinctiuum ordinatus, iſtius ditionem etiam conſtituit. Iam vero, cum accentibus diſtinctiuis ſiue dominis ſubordinentur ſubdiſtinctiui, ea quae iſtis ſubiicitur orationis pars aut poterit plures admittere ſubdiſtinctiuos, aut non. Vnde duae exoriuntur ditionis ſpecies, ampla nimirum aut anguſta. *Ampla* audit *ditio*, quae plurium ſubdiſtinctiuorum capax eſt: Illa vero *ditio*, quae plures ſubdiſtinctiuos non admittit, vocatur *anguſta*. Et quoniam iſti ſubdiſtinctiui plures quoque, qui in ampla ditione occurrunt, aut mediante vno omnes ad dominum referri, aut mediate eundem reſpicere poſſunt, iterum duas ditionis amplae ſpecies

cies accipimus, immediatam ſcil. ac mediatam ditionem. Illa *ditio ampla* quae ſubdiſtinctiuos plures dominum ſuum immediate reſpicientes continet, vocatur *immediata*: illa vero, in qua vnicus tantum diſtinctiuus dominum immediate reſpicit, reliquique eo mediante, audit *mediata*. Ditio immediata igitur determinari debet per minorem, maiorem etc. (§. XXVI.), ſiue in ditione immediata accentus ſubdiſtinctiui aſſurgunt: ditio mediata vero conficitur per minorem et denuo minorem (§. cit.), ſiue in ditione mediata accentus ſubdiſtinctiui decreſcunt.

§. XXVIII.

Loquuntur etiam accentuum doctores, et in metricis quidem frequentius adhuc quam in proſaicis, de vocibus laborantibus; quarum indoles facile poterit concipi, ſi obſeruemus, quod vocabulum *breuitas* in iſta loquendi ratione per ellypſin ſit omiſſum, ita vt voces laborantes ſint laborantes breuitate. Dicuntur enim *voces laborantes*, quae ante tonum vel nullam vel vnicam tantum habent ſyllabam. *Voces* autem, quae ante tonum plures vna habent ſyllabas, vocantur *non laborantes*. Ne quis vero, ex Grammatica ſyllabas menſurans, in applicatione horum terminorum peccet, duplex obſeruatio probe hic tenenda eſt, quod nimirum ſchua mobile cum litera ſua interdum ſyllabam in accentuatione faciat, e contrario autem vocali verae illud nonnunquam denegetur.

I.) Conſtituit nimirum ſyllabam apud accentuum magiſtros ſchua mobile, ſiue ſimplex ſiue compoſitum ſit,

1) poſt vocalem longam primae ſyllabae.

2) poſt primam ſyllabam in ſchua deſinentem.

Sic igitur בָּגְדוּ *praeuaricati ſunt*, דָּלְפָה *ſtillauit*, בָּחֲלָה *faſtidiuit*, itemque נִמְלְטָה *euaſit*, נִבְהֲלָה *perturbata eſt*, יִפָּקְדוּ *viſitabunt*, ſunt voces non laborantes.

Attamen obſerua, quod ſchua mobile ſub dageſch forti ſyllabam facere non cenſeatur. Sic enim v. g. תְּנַפְּצֵם *diſperges eos* Pſ. II, 9. eſt vox laborans. conf. Pſalm. VIII, 6. XXII, 13. XXV, 4. XLIII, 1. LIX, 11. LXIX, 30.

II.) E contrario autem ſyllaba in accentuatione non conficitur


1) per vocalem breuem ex ſchua compoſito ortam; ideoque v. g. נֶחֱזָקָה ex נֶחֱזַק· יַעַמְדוּ *ſtabunt* ex יַעֲמֹד. יְחַנְּטוּ *condient aromatibus* ex יַחֲנוֹט ſunt voces laborantes.

2.) per ſchurek praefixo vau loco ſcheuatis adiectum. vid. b. DANZII Grammat. §. 50. III. obſ. 1. *α*. Sic igitur v. g. וּפְגַע וּמְטָא וּמוֹשֶׁה ſunt voces laborantes, non autem וְצִדְקָה et ſimilia.

§. XXIX.

Terminis iſtis praemiſſis exhibebimus iam ipſam ſubdiſtinctiuorum ſequelam ſub dominis ſuis, quae ex praecedentibus poteſt intelligi, quamque §. XXIV. promiſimus. Neque iſta vlla laborat difficultate, ſed facile memoriae poteſt inprimi, ſi Tabula I. §. XIII. ſuppeditata cognita eſt atque perſpecta. Duo enim imperatores pro ſubdiſtinctiuo minori habent regem paruum tiphcham, pro maiori vero regem maiorem ſequentem ſakeph katon, qui etiam pro denuo maiori etc. adſumitur, niſi quod athnach vltimo etiam loco adhibeat ſgoltam. Ex regibus paruus accipit etiam ducem paruum pro minori ſuo, rex alter ducem alterum, rex ſequens maximus denique ducem ſequentem: ſed pro maiori, denuo maiori etc. omnes tres reges adſumunt arch ducem rbhiam. Ducum tandem omnium ſubdiſtinctiuus minor eſt etiam comes minor gereſch, maior vero ſequens tliſcha gdhola, et denuo maior paſer, prouti ſequens oſtendit tabula.

Sub-



§. XXX.

Quod accentus nonnulli ſuos interdum ſubſtituant locumtenentes, et quinam iſti ſint, ex §. XIII. Schol. II. iam conſtat. Sed vt promiſſis ſupra datis ſtemus, nunc etiam conditiones, ſub quibus iſta alternatio obtineat, erunt adiiciendae. Alternat nimirum

1) ⁿ pro ∸, *ſi ditionem vnius tantum vocis nanciſcitur*, adeoque nec ſeruum nec ſubdiſtinctiuum in voce praecedente admittit. Id quod accidere ſolet *tam ſub ſilluko*, v. g. Gen. III, 24. IV, 1. 2. 20. 21. V, 24. VI, 8. XXXII, 2. XLI, 27. XLIV, 17. XLV, 27. Exod. XV, 15. XXXI, 6. XXXV, 17. XL, 6. Num. I, 12. 13. III, 32. 40. VIII, 11. Leu. XXVI, 40. XXVII, 22. Deutr. I, 19. XXIII, 20. XXX, 16. etc. *quam ſub atbnacho* v. g.

 Gen.

Gen. III, 10. 11. IV, 18. 20. V, 18. VIII, 6. IX, 14. XI, 16. XII, 7. 21. XIV, 16. XXXII, 21. Exod. XXVI, 6. Leu. XIV, 57. XXIV, 21. 1 Reg. I, 18. Ieſ. V, 21. Ier. XXXI, 3. Ezech. XII, 9. XIII, 2. etc.

I.) Illud tamen *obſeruandum eſt*, *quod* ꜗ *maneat*, licet vnius tantum vocis ſit dominus, *ſi in eadem ſecum voce habeat* 1) *ſeruum ſuum* ֣ v. g. Gen. V, 29. VIII, 19. et aliis quam plurimis locis, in quibus colligendis OVSEELIVS praecipue otium nobis fecit, quippe qui eiusmodi locorum inſignem numerum ſcil. 275. ſuppeditat. *) 2) *Subdiſtinctiuum ſuum* ֨ v. g. Gen. VII, 8. XII, 7. Alia loca et quidem 352. collegit laud. OVSEELIVS **). Sic etiam 3) ꜗ ſaepe manet *in ditione vnius vocis, quae habet metegh*, v. g. Leu. *XXV*, 7. Deutr. *IV*, 3. Ioſ. *X*, 24. Iud. *IX*, 46. 1 Reg. *XVIII*, 29. Thren. *II*, 4. Neh. *IX*, 18.

II.) Cum in annotatione praeced. num. 1. dixerimus, OVSEELIVM in colligendis locis, in quibus vel ֣ vel ֨ in eadem voce cum ֣ occurrunt, otium nobis feciſſe, nonnulli forſitan putabunt, eundem omnia adduxiſſe exempla. Sed ita ſe res non habet; ſiquidem ratione ſerui in eadem cum domino ſuo ſakeph kat. voce occurrentis certum eſt, quod plura quam millia exempl. in Bibliis ſacris inuenerim, quae in Exercitat. II. ſtatim ab initio ſuo adducentur loco. Ratione ſubdiſtinctiui autem, de quo num. 2. eſt ſermo, pauca alia tantum adhuc deprehendi, quae etiam infra loco dicto ſuppeditabuntur.

2) ꜗ pro ꜗ in ſeptem locis ſub Sakeph katon, vbi ditionem vnius tantum vocis habet ab initio verſus. Gen. XIX, 16. XXIV, 12. XXXIX, 8. Leu. VIII, 23. Ieſ. XIII, 8. Amos I, 2. Eſr. V, 15. falſo autem allegantur apud SCHNEGASSIVM Tab. 2. duo loca Ieſ. II, 5. 15.

3) ֣ *Ithbibb* pro ֨ *kadma*, *ſi ditio vnius vocis adeſt*, ſiue quod idem eſt, nec ſeruus nec ſubdiſtinctiuus obtinet, *et in primam ſyllabam*, vel vocem monoſyllabicam, *non incipientem*

*) vid. eiusdem Introduct. in Accent. Hebr. proſaic. Cap. VII, §. 4. p. 198.
**) l. c. §. 5. p. 199. et 200.

tem a ſibua incidit. v. g. Gen. IV, 6. IX, 6. XIII, 17. XXV, 36. XLI, 10. Exod. XXVI, 10. Num. X, 25. XX, 12. XXI, 17. XXIV, 8. Ieſ. VIII, 6. XXI, 4. XXIII, 4. 8. XXXII, 16. XLIII, 7. 16. Hoſ. X, 2. XI, 8. etc.

4) ◌֦ (cum ſeruo ◌֥) pro ◌֖, *ſi immediate tiphcham attingit, et vtriusque vox eſt laborans, itemque nullus accentus in ditione iſta amplius occurrit.* Solet hoc fieri in 13. locis, Gen. XXVII, 25. Exod. V, 15. Leu. X, 1. Num. XIV, 3. XXXII, 42. 1 Reg. X, 3. Ezech. XIV, 4. Zach. III, 2. Hab. I, 3. Esdr. VII, 25. Nehem. III, 38. 2 Chron. IX, 2. XX, 30. quibus accedit locus decimus quartus in lectionibus variantibus, *Dno van der* HOOGHT notatis, extans, 1 Reg. XX, 29. in quo inter tiphcham et mercam cphulam intercedit ſeruus, reliquae autem conditiones adſunt. Quatuordecim iſta loca adducuntur in *Maſora* ad Num. XXXII, 42. ad Habak. I, 3. et ad Neh. III, 38. eandemque ſequuntur ABICHT *in Accent. hebr.* p. 56. WASMVTH *in not. ad Tab. I.* I. H. MICHAELIS l. c. p. 21. I. D. MICHAELIS l. c. p. 25. OVSEEL l. c. p. 255. BOSTON l. c. p. 186. SANCKE l. c. p. 128. aliique. Sed diſcrepant, in diuerſasque abeunt partes WEIMARVS l. c. p. 50. IABLONSKY *in praef. laud.* §. 16. RECKENBERGERVS l. c. p. 80.

Sunt etiam qui dicunt, mercam cphulam in ſe eſſe ſeruum: hinc ſtricto ſignificatu tantum, non autem eo, quo hic *vicarius* vel *alternans* ſumitur, vicarius et quidem tiphchae eſſet nominandus. Huc pertinet BVXTORF *in Theſ. gram.* p. 615. BOSTON l. c. p. 186. et I. D. MICHAELIS l. c. p. 7. Rationes pro ſententia iſta militantes poſſunt eſſe ſequentes,

1) quia poſt accentum huncce ſyllabae ſimplici adpoſitum non inprimitur dageſch lene literae ſequenti Exod. V, 15. Ezech. XIV, 4. in Bibl. MICHAELIS, IABLONSKY aliisque accuratioribus; quod tamen poſt accentum diſtinctiuum fieri ſolet. vid. DANZII Gram. §. 11. I. 3. β. et BVXTORFII, Theſ. Gram. p. 609. ſq.

Digitized by Google

2) quia accentus iſte ſub particula לא deprehenditur Leuit. *X*, 1. 1 Reg. *X*, 3. Esdr. VII, 25. 2 Chron. *IX*, 2. quae tamen cum voce ſequente arctiſſime cohæret. vid. Exercit. II.

3.) quia accentuationis analogia requirit, vt merca ſimplex et duplex pari ſint ſorte ac dignitate, ſiquidem illud etiam de Gereſcho ſimplici et duplici notum eſt.

5) ‗ pro ‗ *in ſedecim locis, in quibus ſemper connexum ſecum habet ſeruum* ‗ *et ditionem aliquot vocum occupat*, Num. XXXV, 5. Ioſ. XIX, 51. 2 Sam. IV, 2. 2 Reg. X, 5. Ier. XIII, 13. XXXVIII, 25. Ezech. XLVIII, 21. Esr. VI, 9. Neh. I, 6 V, 13. XIII, 5. 15. 1 Chron. XXVIII, 1. 2 Chr. XXIV, 5. XXXV, 7. Eſth. VII, 9. quae loca recenſentur in *Maſor. parua* ad Num. XXXV, 5. et *Porta accent.* §. 9.

6) ‗ pro ‗, *ſi incidit in vltimam ſyllabam*, vel vocem monoſyllabicam, *et vel nullum plane ſeruum vel munach tantum admittit*, v. g. Gen. X, 19. 25. 32. XLI, 35. XLII, 36. XLIII, 4. 28. 31. XLIV, 1. XLV, 23. L, 24. Ieſ. XXXV, 8. Ier. VI, 23. VII, 10. Dan. X, 3. Neh. IX, 25. 2 Chr. VII, 5. etc.

I.) Sicut ſchua mobile in accentuatione interdum ſyllabam cum ſua litera efficere cenſetur (§. *XXVIII.* Schol. I.); ita illud etiam de Patach furtiuo notandum eſt (conf. §. *XIX*, 2. 3.). Ergo voces monoſyllabicae in patach furtiuum deſinentes a quibusdam vocantur *voces quaſi penacutae* (conf. §. *XXII*, 4.). Et in eiusmodi vocibus quaſi penacutis non adhibetur ‗, ſed manet ‗ v. g. in מֵרוֹעַ 1 Sam. *XX*, 27. 2 Sam. *XII*, 9. et הַהוֹחַ 2 Reg. *XIV*, 9. 2 Chron. *XXV*, 18.

II.). Sic etiam manet ‗, nec eius loco ‗ ponitur, ſi in eadem voce loco mereghi adhibetur ſeruus *kadhma*. Sicut enim nunquam *Graſchaiim* et *kadhma* in vocibus ſeparatis ſe inuicem ſequuntur (§. *XXX*, 6.); ita quoque non *Graſchaiim* ſed *Gereſch* apparet, ſi in vna eademque voce dominus et ſeruus occurrunt, non enim in illa ſeruus alius *Munach*, ſed *Kadhma* adſumitur. Occurrit vero hic kadhma *loco metegh adſtricti* Gen. *XLIII*, 23. *XLVIII*, 4. 20. Exod.


Exod. V, 10. VIII, 17. XVI, 15. XXI, 22, 35. XXIX, 15. XXX, 12. XXXIII, 11. Leuit. XIV, 51. XVII, 5. XXII, 3. XXIII, 17. Num. IV, 25. XIII, 31. XXII, 7 XXVII, 11. XXVIII, 26. XXXI, 6. 13. XXXII, 39. XXXIII, 8, 52. Deut. I, 8. VII, 13. VIII, 4. 15. XVI, 1. XXV, 19. XXVIII, 1. XXXIV, 11. Ioſ. V, 11. VI, 5. VIII. 25. XVIII, 1. XXI, 38. XXII, 12. Iudic. VI, 30. IX, 49. XX, 46. 1 Sam IV, 18. VII, 11. VIII, 16. XI, 1. XVII, 13, 46. XIX, 11. XX, 25. XXI, 12. XXIII, 3. 2 Sam. II, 13, 30. IV, 5. XI, 17. 1 Reg. VIII, 2. 30. 36. IX, 5. XII, 24. 2 Reg. II, 19 XVII, 15. XIX, 30. XXII, 19. XXIII, 3. XXV, 25. Ieſ. XXVIII, 4. XXXVII, 31. Ier. VII, 33. IX, 9. XII, 17. XXV, 9. 11. XXVI, 11. XXVIII, 8. XXXIV, 22 XXXV, 15. Ezech. IV, 6. V, 15. VIII, 16. XI, 19. XII, 6. XIII, 14. XXXI, 12. 16. XXXV 15. XXXVI, 5. 26. XLIII, 20. XLV, 4. XLVII, 14. Hoſ. I, 4. Amos II, 9. VI, 9. IX, 3. Zach. XII, 6. Ruth. IV, 11. Thren. I, 21. Eſth. III, 3. VI, 3. 5. Dan. III, 3, 7. 15. Nehem. IX, 11. 1 Chron. XI, 5. XV, 18. XXII, 10. 2. Chron. VI, 21. 27. XVI, 7. XXXIV, 27. et *loco metegh laxi* Deuter. VI, 11. et 1 Chron. XXVIII, 11.

§. XXXI.

Comitibus nil niſi ſerui ſubordinari poſſunt. Hinc conſecutio illorum ex contextu diiudicanda eſt, et quaenam voces cohaereant, quaeue diſtinguantur, ex iudicio grammatico ac logico cognoſci debet. Ipſa vero comitum conſecutio conſtitui poteſt absque difficultate. Cum enim *Karnephara* ſeruum habeat *ierach* (§. XIX.), hicce in voce ſecunda ponitur, deinceps ſequitur et, vbi opus eſt, repetitur *munach*, ſiue ſeruus ſiue ſubdiſtinctiuus requiratur. Id quod etiam in reliquis comitibus obſeruatur. *Gerejch* nimirum in ſecunda voce ſeruum admittit *kadhma*, et in tertia *thlſcha ktanna* (§. cit.), in reliquis vocibus etiam venit *munach*. *Pſik munachatus* in ſecunda voce pro ſeruo agnoſcit *merca*, in tertia *munach* vel *kadhma* (§. cit.), in reliquis vocibus adhibe-

hibetur *munach*. Qui ſuperſunt comites vbiuis ſub ſe habent *munach*. Hinc ſequens oritur tabula

conſecutio comit.	in 2. voce.	in 3. voce.	in 4ta 5ta et ſeqq.



Schol. Licet autem ex tabula hac perſpici poſſit, quod *Gereſch* in tertia voce adhibeat *Tliſcha ktanna*, ſunt tamen vndecim loca, in quibus tertia iſta vox ſub *Gereſch* aliorum comitum more habet *munach* cui Pſik adiectum eſt h. m. [illegible] Gen. XXVIII, 9 1 Sam. XIV, 3. 47. 2 Sam. XIII, 32. 2 Reg. XVIII, 17. Ierem. IV, 19. XXXVIII, 11. XL, 11. Ezech. IX, 2. Hagg. II, 12. 2 Chron. XXVI, 15. Quod enim *munach* iſte cum Pſik ex aliorum opinione ſiue vltimus comes, analogiae accentuum, ſecundum quam comes vnus ſub alio comite non ſubdiſtinguit, contrarium videtur.

§. XXXII.

Hactenus vſitatiſſimam accentuum conſecutionem pertractauimus, reſtat igitur, vt reliquarum conſecutionum leges tradamus. Obſeruandum vero de illis ante eſt, quod, ſicut alternantium ſubſtitutionem ad conſecutionem irregularem nonnulli referunt, ſic etiam multo magis ſeruorum ſub ducibus loco Gereſchi poſitum, quos vicarios aut legatos nominare ſolent, et reliquam accentuum conſecutionem a modo in ſuperioribus ſuppeditato recedentem, eiusdem nomine ſignent. Vicariis et legatis eorum-

que

eorumque conſecutioni peculiarem Exercitationem ordine tertiam deſtinauimus. Poſſunt autem eorum et aliorum accentuum reliqua conſecutio tota ſub tribus regulis generalioribus, poſitum maioratum et minoratum nec non transpoſitionem conſtituentibus, commode includi; ita vt afferi poſſit *praeter conſecutionem in ſuperioribus propoſitam occurrit etiam poſitus maioratus, minoratus, et transpoſitio.* Sicut autem in poſitu, quem maioratum et minoratum cum aliis auctoribus, ſignificatu tamen ab iis paullulum diuerſo, vocare voluimus, longitudo vel breuitas vocum inter alia reſpicienda eſt; ita etiam transpoſitio accentuum ex dictamine rhetorico in Exercitat. II. §. XLI. enucleando diiudicanda erit.

I.) Si nimirum plus per accentus indicari debet, quam quod conſecutio eorum ordinaria innuit, eiusmodi accentuum ſequela tunc vocatur *poſitus maioratus.* Ad hunc proinde pertinet

1) *ſi loco ſerui ſub domino quodam ſubdiſtinctiuus eius minor ponitur*, id quod fieri ſolet

α) ſimpliciter, ita vt ſub duobus imperatoribus et rege maximo *Segolta*, ſi voces tantum duae eorum ditionem efficiunt, ſemper loco ſerui adhibeatur ſubdiſtinctiuus minor. Sub rege ſequente *Sakeph katon*, et aliis diſtinctiuis, interdum modo illud obſeruatur, vbi plerumque eorum voces aut praecedentes ſunt non-laborantes. *)

H β) non

*) Ergo 1) *Silluk* et *Atnach* loco ſerui habent *Tiphcha*; 2) *Segolta* pro ſeruo adſumit *Sarka*; 3) *Sakeph katon* loco ſerui adhibet *Paſchta* vel *Iethibh*; 4) *Tiphcha* vero *Tbbir*; et 5) duces tandem *Gereſch* vel *Graſchaiim*. (per §. XXIX.) v. g. 1) Gen. XXIX, 35. Ieſ XLVII, 4. Gen VI, 22. Ieſ. XIX, 1. 2) Iud. XV, 18. Ier. XXIV, 1. 3) Num. VII, 11, Gen. VII, 11. Hoſ XIV, 2. 4) Ieſ. XXVI, 12. Ruth. II, 8. 5) Leuit. XXVI, 30. Ezech. XLIV, 4. 2 Sam. III, 25. Ezech. XI, 18.

β) non ſimpliciter, ita vt non ſolum loco ſerui minor, ſed etiam loco minoris adhuc requiſiti maior adhibeatur. Et hoc ſub imperatoribus, regibus, et archiduce *Rbbia* tunc in primis fieri ſolet, ſi eorum voces aut praecedentes ſunt makkeph notatae aut non-laborantes. **) Quae conditio etiam in ſequentibus non plane negligenda eſt.

2) *ſi loco ſubdiſtinctiui cuiusdam adhibetur alius ſubdiſtinctiuus ordine maior.* Sic enim

α) Duces tres poſteriores, *Sarka*, *Paſchta*, *Tbbir*, pro minore ſuo ſubdiſtinctiuo aſſumunt maiorem, licet in voce ſua ſecunda ſeruum ſuum retineant. ***)

β) omnes Duces loco maioris ponunt denuo vel tertio maiorem. *)

II) Sin

**) Ergo 1) *Silluk* et *Atnach* loco ſerui habent *Tiphcha* et loco minoris *Sakeph katon.* 2) Segolta loco ſerui *Sarka*, et loco minoris *Rbbia*, 3) *Sakeph katon* loco ſerui *Paſchta*, et loco minoris *Rbbia*, 4) *Tiphcha* loco ſerui *Tbbir* et loco minoris *Rebbia*, 5) *Rebbia* loco ſerui *Gereſch* et loco minoris *Tliſcha gedbola* admittunt (§. XXIX.) v. g. 1) Gen. XXVI, 30. Zach. II, 3. Gen. V, 1. Habak. I, 1. 2) Gen XLIX, 16. Ier. III, 25. 3) Gen. VIII, 19. Hoſ. I, 1. 4) Deutr. VII, 20. Num. XXXV, 2. 5) Deutr. XXV, 19. Ier. XXIX, 14.

***) *Sarka* nimirum praeuio ſeruo *munach*, 2) *Paſchta* praeuio ſeruo *merca* vel *mahpach*, et 3) *Tbbir* praeuio ſeruo *merca* vel *Darga* (§. XVIII. XIX.) loco minoris aſſumunt *Tliſcha gedhola* (§. XXIX.) v. g. 1) Num. X, 29. Esra V, 14. 2) 2 Reg. I, 14. Ioel. IV, 4. 3) Ioſ. X, 29. 34. Hoſ. IV, 1.

*) *Sarka* nimirum, *Paſchta* et *Tbbir* 1) Vicariis et Legaris loco minoris aſſumtis pro ponenda tunc maiore Gereſch libere etiam habent denuo maiorem *Tliſcha gdbola*, v. g. a) Ieſ. XX, 6. 1 Chron. XIV, 1. b) Gen. VIII, 22. Exod. XIV, 5. c) Gen. VI, 22. Leuit. I, 7. Et ſi in eiusmodi Vicarii ditione tertia vox *Tliſchâ ktannâ* notata eſt, ſub *Paſchta* et *Tbbir* ſtatim etiam occurrit *Paſer*, v. g. a) Num. I, 44. 2 Sam. XXIV, 9. b) Num. IV, 46. Deut. IX, 10. 2) *Rbbia* et iidem

II.) Sin autem minus indicari debet per accentus, quam quod ordinaria eorum conſecutio innuit, iſta accentuum ſequela vocatur *poſitus minoratus*. Ad quem proinde referendum erit

1) *ſi loco ſubdiſtinctiui minoris ſeruus quidam adhibetur*, ita vt vel

α) ſeruus domini adhuc ſemel loco minoris ſui, ſiue in ſecundam ſiue in tertiam vocem cadat diſtinctio, repetatur; id quod ſub imperatore minore et ſub duobus regibus maioribus fieri ſolet. **).

β) ſeruus ſub ducibus loco minoris ſubſtituatur, qui vel vicarium vel legatum conſtituit. vid. Exerc. III.

2) *ſi loco ſubdiſtinctiui maioris minor quidam ponitur*, quod fieri ſolet

α) *ſub regibus*, in quorum ditione,

a) ſi ſubdiſtinctiuus maior *Rbbia* bis requiritur,

א) minor loco maioris repetitur, et Rbhia demum vt denuo maior adhibetur. ***).

 ב) *paſch-*

iidem reliqui tres duces poſt minorem ordinarium *Gereſch* loco maioris *Tliſcha gedhola* adhibent denuo maiorem *Paſer* v. g. a) Gen. XXXII, 33. Deut. XXI, 3. b) Gen. XXXVI, 6. 2 Reg. VII, 2. c) Gen. XXXI, 42. Num. XV, 24. d) Eccl. VIII, 12. Num. XVIII, 17.

**) Ergo *Athnachum, Segoltam* et *Sakeph katon* duplex munach praecedit (§ XVIII.), ſiue diſtinctio in ſecundam ſiue in tertiam vocem incidat. Omnia huc pertinentia exempla ſuppeditabimus in Exercit. II. §. XLII. Schol. I.

***) vide v. g. 1) de Segolta Exod. XII, 29. 1 Reg. XI, 33. ſed Ieſ. XLV, 1. non ſequitur denuo maior Rbhia. 2) de Sakeph katon Exod. XXXII, 11. Ioſ. XV, 18. Dan. X, 20. 3) de Tiphcha Exod. III, 1. Deutr. IV, 38.

ב) *paſchta* interdum, inprimis ſi dictio ſubdiſtinctiui minoris praecedentis eſt plurium vocum, loco maioris ponitur, et *Rbhia* demum vt denuo maior, ſub *Segolta* et *Tiphcha* etiam aſſumitur. *).

b) ſi ſubdiſtinctiuus maior *Rbhia* ter requiritur, ſub *Sakeph katon* et *Tiphcha* pro medio rbhia adhibetur Paſchta. **).

c) ſi ſubdiſtinctiuus iſte maior quater vel pluries requiritur, ſubdiſtinctiuus minor *Paſchta* vel pro ſecundo vel pro primo et tertio *Rbhia* ponitur. ***).

β) *ſub ducibus*, vbi

a) minor Rbhiae loco maioris repetitur. *).

b) ſub *Paſchta* ter loco minoris *Gereſch alius* comes, ordine minor, *Pſik* nimirum *munachatus*, adhibetur **).

III.) *Trans-*

*) vide v. g. 1) de Segolta Ioſ. XVIII, 14. 1 Reg. XII, 10. 2) de Tiphcha Deutr. XX, 20. 1 Reg. XXII, 15.

**) vide v. g. 1) de Sakeph katon Gen. XXVII, 37. Mich. VI, 2. Iud. IV, 9. 2) de Tiphcha Gen. XXXVIII, 12. Exod. XXXVI, 3.

***) vide ſub Sakeph katon v. g. 2 Sam. XIV, 7. 1 Chron. XIII, 5. Eſra VII, 25. Applicatio huius regulae et totius poſitus ſub litera α) notati in accentuatione a priori felicius fiet, ſi obſerues, quod Rbhia immediatam ſui ſequelam reformidet, nec lubenter vnquam ſe proxime inſequatur; id quod teſtatur Mich. Beck in Suſcitab. p. 131. ſeq. et Phil. Ouſeel l. c. Cap. VI, §. 18. Cap. VII, §. 47. Cap. VIII, §. 22. Ex qua obſeruatione regulae ab aliis accentuum doctoribus traditae melius determinari poterunt, et in caſibus obuiis diiudicari poterit, num Rbhia, vel an alius dux eius loco, poni debeat.

*) vide Gen. VII, 2. XIX, 14. Leu. X, 29. Num. IV, 26. XXXI, 30. XXXII, 32. Ioſ. XXIV, 23. Iudic. XII, 1. 1 Sam. XXX, 21. 2 Sam. XXIV, 17. 1 Reg. III, 35. XVI, 9. Ier. XLIV, 15. Ezech. XXXIII, 11. XXXVIII, 8. it. poſt vicarium munach Ioſ. XXIV, 13. Ier. VII, 14. XXX, 11. XLVI, 28.

**) Leuit. V, 6. XXI, 10. Ruth. I, 2.

III) *Tranſpoſitio accentuum*, de qua peculiari Diſſert. egit BLOSSIVS, obtinet,

1) Si diſtinctio cum connexione, et vice verſa, transmutatur. ***).

2) ſi ſubdiſtinctiuus maior cum minori translocatur. *)


IV.) Vt vero hae conſecutiones omnes vno obtutu perſpici poſſint, easdem nunc cum Vicariis et Legatis ſub ducibus occurrentibus, in Tabula repraeſentabimus, licet peculiarem et completiorem vicariorum nominatorum tabulam infra in Exercit. III. exhibituri ſimus.

***) v. g. Ieſ. I, 2. XL, 13. Habak. I, 4. Iob. I, 18. multa exempla a variis accentuum doctoribus huc relata a defectu ſufficientis de dictam. grammatico et logico cognitionis dependent.


*) Sic v. g. ֒ et ֔ Exod. XX, 2. et Deut. V, 6. ex plurimorum ſententia ſunt tranſpoſita. it. Ier. VI, 26. in voce פתאם ſub Silluk apparet maior ֔, cum ſufficeret alias ſubdiſtinctiuus minor Tiphchae. Et inprimis huc pertinet transpoſitio ֗ cum ֙ ſub *Sarka* Nehem. III, 15. ſub *Paſchta* Gen. L. 12. Leu. IV, 7. XIII, 57. Deut. XVII, 5. Ioſ. XXI, 6. 1 Sam. XVII, 51. 2 Sam. XVIII, 29. Ieſ. IX, 5. Ezech. XIII. 15. Nehem. V, 18. 1 Chron. XII, 20. ſub *Tbbir* Gen. XIII, 1. Deutr. XXVI, 12. Ioſ. XXIII. 4. Amos VIII, 13. Eſra V, 3.

DOMINI SVBDISTINCTIVI

Imperatores	minor.	maior.	denuo mai.	3tio mai.	4to mai.
[illegible] [illegible]					
[illegible]	[illegible]				
[illegible] [illegible]					
[illegible]	[illegible]				
[illegible]	[illegible]	[illegible]			
	[illegible] [illegible]	[illegible]			
Reges					
[illegible] [illegible]					
[illegible]	[illegible]				
[illegible]	[illegible]				
[illegible]	[illegible]	[illegible]			
	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	
	[illegible]	[illegible]	[illegible]		
[illegible]	[illegible]	{ [illegible]			
	[illegible] [illegible]				



Digitized by Google



EXER-

DE

ACCENTVATIONE A PRIORI.

§. XXXIII.

Abſoluimus nunc in Exercitatione prima quae de accentuatione a poſteriori in proſaicis generatim ſunt notanda; ſpecialia enim quae adhuc reſtant, ſcilicet vberior de vicariis et legatis illuſtratio, doctrina de duplici accentuatione in Decalogo et de locis piskatis, de induſtria ſeorſim in ſpecialibus Exercitationibus infra pertractabuntur. Nunc vero ſic dicta dictamina, grammaticum ſcilicet, logicum et rhetoricum, ſine quorum exacta cognitione accentuatio a priori commode peragi nequit, in hac Exercitatione enucleabimus, et deinde modum in accentuatione a priori feliciter inſtituenda rite procedendi adiiciemus. Nondum enim videmus, quod a quibusdam rem non ſatis intelligentibus iure adſeri poſſit, nullam plane ex accentuatione a priori expectandum eſſe vtilitatem, et circulum in probanda eiusdem exiſtentia neceſſario committi.

I.) Tribus igitur haec exercitatio abſoluitur membris, ita vt eorum *primum* de variis dictaminibus ab accentuatoribus acceptis agat; *ſecundum* vero modum in accentuatione a priori rite inſtituenda procedendi oſtendat; et *tertium* tandem praematuras de accentuatione a priori opiniones remoueat.

II.) Accentuatio a poſteriori, quae diiudicationem ſenſus ex valore accentuum in textu quodam appoſitorum docet (§. X.), vocatur etiam a nonnullis *analyſis accentuum* ſiue analytica accentuum tractatio. E contrario accentuatio a priori, quae docet modum accentus ad textum quendam, cuius ſenſus nobis eſt cognitus, apponendi (§. cit.), dicitur *ſyntheſis* ſiue ſynthetica tractatio *accentuum* †). Ergo exercitat. haec ſecunda ſyntheſin accentuum exponit.

I §. XXXIV.

†) conf. I. ERN. STOLTE in Accentuatione ſacri Codic. Διχοτομικη p. 15.

Gen. III, 10. 11. IV, 18. 20. V, 18. VIII, 6. IX, 14. XI, 16. XII, 7. 21. XIV, 16. XXXII, 21. Exod. XXVI, 6. Leu. XIV, 57. XXIV, 21. 1 Reg. I, 18. Ieſ. V, 21. Ier. XXXI, 3. Ezech. XII, 9. XIII, 2. etc.

I.) Illud tamen *obſeruandum eſt*, *quod* ⸗̇ *maneat*, licet vnius tantum vocis ſit dominus, *ſi in eadem ſecum voce habeat* 1) *ſeruum ſuum* ⸗ v. g. Gen. V, 29. VIII, 19. et aliis quam plurimis locis, in quibus colligendis OVSEELIVS praecipue otium nobis fecit, quippe qui eiusmodi locorum inſignem numerum ſcil. 275. ſuppeditat. *) 2) *Subdiſtinctiuum ſuum* ⸗ v. g. Gen. VII, 8. XII, 7. Alia loca et quidem 351. collegit laud. OVSEELIVS **). Sic etiam 3) ⸗̇ ſaepe manet *in ditione vnius vocis, quae habet metegh*, v. g. Leu. *XXV*, 7. Deutr. *IV*, 3. Ioſ. *X*, 24. Iud. *IX*, 46. 1 Reg. *XVIII*, 29. Thren. *II*, 4. Neh. *IX*, 18.

II.) Cum in annotatione praeced. num. 1. dixerimus, OVSEELIVM in colligendis locis, in quibus vel ⸗ vel ⸗ in eadem voce cum ⸗ occurrunt, otium nobis feciſſe, nonnulli forſitan putabunt, eundem omnia adduxiſſe exempla. Sed ita ſe res non habet; ſiquidem ratione ſerui in eadem cum domino ſuo ſakeph kat. voce occurrentis certum eſt, quod plura quam millia exempl. in Bibliis ſacris inuenerim, quae in Exercitat. II. ſtatim ab initio ſuo adducentur loco. Ratione ſubdiſtinctiui autem, de quo num. 2. eſt ſermo, pauca alia tantum adhuc deprehendi, quae etiam infra loco dicto ſuppeditabuntur.

2) ⸗ pro ⸗ in ſeptem locis ſub Sakeph katon, vbi ditionem vnius tantum vocis habet ab initio verſus. Gen. XIX, 16. XXIV, 12. XXXIX, 8. Leu. VIII, 23. Ieſ. XIII, 8. Amos I, 2. Eſr. V, 15. falſo autem allegantur apud SCHNEGASSIVM Tab. 2. duo loca Ieſ. II, 5. 15.

3) ⸗ *Itbibh* pro ⸗ *kadma*, *ſi ditio vnius vocis adeſt*, ſiue quod idem eſt, nec ſeruus nec ſubdiſtinctiuus obtinet, *et in primam ſyllabam*, vel vocem monoſyllabicam, *non incipientem*

*) vid. eiusdem Introduct. in Accent. Hebr. proſaic. Cap. VII, §. 4. p. 198.
**) l. c. §. 5. p. 199. et 200.

tem a ſibua incidit. v. g. Gen. IV, 6. IX, 6. XIIII, 17. XXV, 36. XLI, 10. Exod. XXVI, 10. Num. X, 25. XX, 12. XXI, 17. XXIV, 8. Ieſ. VIII, 6. XXI, 4. XXIII, 4. 8. XXXII, 16. XLIII, 7. 16. Hoſ. X, 2. XI, 8. etc.

4) –̤ (cum ſeruo –̣) pro –̦, *ſi immediate tiphcham attingit, et vtriusque vox eſt laborans, itemque nullus accentus in ditione iſta amplius occurrit.* Solet hoc fieri in 13. locis, Gen. XXVII, 25. Exod. V, 15. Leu. X, 1. Num. XIV, 3. XXXII, 42. 1 Reg. X, 3. Ezech. XIV, 4. Zach. III, 2. Hab. I, 3. Esdr. VII, 25. Nehem. III, 38. 2 Chron. IX, 2. XX, 30. quibus accedit locus decimus quartus in lectionibus variantibus, *Dno van der* HOOGHT notatis, extans, 1 Reg. XX, 29. in quo inter tiphcham et mercam cphulam intercedit ſeruus, reliquae autem conditiones adſunt. Quatuordecim iſta loca adducuntur in *Maſora* ad Num. XXXII, 42. ad Habak. I, 3. et ad Neh. III, 38. eandemque ſequuntur ABICHT *in Accent. hebr.* p. 56. WASMVTH *in not. ad Tab. I.* I. H. MICHAELIS l. c. p. 21. I. D. MICHAELIS l. c. p. 25. OVSEEL l. c. p. 255. BOSTON l. c. p. 186. SANCKE l. c. p. 128. aliique. Sed diſcrepant, in diuerſasque abeunt partes WEIMARVS l. c. p. 50. IABLONSKY *in praef. laud.* §. 16. RECKENBERGERVS l. c. p. 80.

Sunt etiam qui dicunt, mercam cphulam in ſe eſſe ſeruum: hinc ſtricto ſignificatu tantum, non autem eo, quo hic *vicarius* vel *alternans* ſumitur, vicarius et quidem tiphchae eſſet nominandus. Huc pertinet BVXTORF *in Theſ. gram.* p. 615. BOSTON l. c. p. 186. et I. D. MICHAELIS l. c. p. 7. Rationes pro ſententia iſta militantes poſſunt eſſe ſequentes,

1) quia poſt accentum huncce ſyllabae ſimplici adpoſitum non inprimitur dageſch lene literae ſequenti Exod. V, 15. Ezech. XIV, 4. in Bibl. MICHAELIS, IABLONSKY aliisque accuratioribus; quod tamen poſt accentum diſtinctiuum fieri ſolet. vid. DANZII Gram. §. 11. I, 3. β. et BVXTORFII, Theſ. Gram. p. 609. ſq.

 2) quia

Digitized by Google

2) quia accentus iſte ſub particula לא deprehenditur Leuit. *X*, 1. 1 Reg. *X*, 3. Esdr. VII, 25. 2 Chron. *IX*, 2. quae tamen cum voce ſequente arctiſſime cohæret. vid. Exercit. II.

3.) quia accentuationis analogia requirit, vt merca ſimplex et duplex pari ſint ſorte ac dignitate, ſiquidem illud etiam de Gereſcho ſimplici et duplici notum eſt.

5) ‗̈ pro ‗̇ *in ſedecim locis, in quibus ſemper connexum ſecum babet ſeruum* ‗ *et ditionem aliquot vocum occupat*, Num. XXXV, 5. Ioſ. XIX, 51. 2 Sam. IV, 2. 2 Reg. X, 5. Ier. XIII, 13. XXXVIII, 25. Ezech. XLVIII, 21. Esr. VI, 9. Neh. I, 6 V, 13. XIII, 5. 15. 1 Chron. XXVIII, 1. 2 Chr. XXIV, 5. XXXV, 7. Eſth. VII, 9. quae loca recenſentur in *Maſor. parua* ad Num. XXXV, 5. et *Porta accent.* §. 9.

6) ‗̈ pro ‗̇, *ſi incidit in vltimam ſyllabam*, vel vocem monoſyllabicam, *et vel nullum plane ſeruum vel munacb tantum admittit*, v. g. Gen. X, 19. 25. 32. XLI, 35. XLII, 36. XLIII, 4. 28. 31. XLIV, 1. XLV, 23. L, 24. Ieſ. XXXV, 8. Ier. VI, 23. VII, 10. Dan. X, 3. Neh. IX, 25. 2 Chr. VII, 5. etc.

I.) Sicut ſchua mobile in accentuatione interdum ſyllabam cum ſua litera efficere cenſetur (§. *XXVIII.* Schol. I.); ita illud etiam de Patach furtiuo notandum eſt (conf. §. *XIX*, 2. 3.). Ergo voces monoſyllabicae in patach furtiuum deſinentes a quibusdam vocantur *voces quaſi penacutae* (conf. §. *XXII*, 4.). Et in eiusmodi vocibus quaſi penacutis non adhibetur ‗̈, ſed manet ‗̇ v. g. in מַדּוּעַ 1 Sam. *XX*, 27. 2 Sam. *XII*, 9. et הַחוֹחַ 2 Reg. *XIV*, 9. 2 Chron. *XXV*, 18.

II.). Sic etiam manet ‗̇, nec eius loco ‗̈ ponitur, ſi in eadem voce loco meteghi adhibetur ſeruus *kadhma*. Sicut enim nunquam *Graſchaiim* et *kadhma* in vocibus ſeparatis ſe inuicem ſequuntur (§. *XXX*, 6.); ita quoque non *Graſchaiim* ſed *Gereſch* apparet, ſi in vna eademque voce dominus et ſeruus occurrunt, non enim in illa ſeruus alius *Munach*, ſed *Kadhma* adſumitur. Occurrit vero hic kadhma *loco metegh adſtricti* Gen. *XLIII*, 23. *XLVIII*, 4. 20. Exod.


Digitized by Google

Exod. V, 10. VIII, 17. XVI, 15. XXI, 22, 35. XXIX, 15. XXX, 12. XXXIII, 11. Leuit. XIV, 51. XVII, 5. XXII, 3. XXIII, 17. Num. IV, 25. XIII, 31. XXII, 7. XXVII, 11. XXVIII, 26. XXXI, 6. 13. XXXII, 39. XXXIII, 8, 52. Deut. I, 8. VII, 13. VIII, 4. 15. XVI, 1. XXV, 19. XXVIII, 1. XXXIV, 11. Ioſ. V, 11. VI, 5. VIII. 25. XVIII, 1. XXI, 38. XXII, 12. Iudic. VI, 30. IX, 49. XX, 46. 1 Sam. IV, 18. VII, 11. VII, 16. XI, 1. XVII, 13, 46. XIX, 11. XX, 25. XXI, 12. XXIII, 3. 2 Sam. II, 13, 30. IV, 5. XI, 17. 1 Reg. VIII, 2. 30. 36. IX, 5. XII, 24. 2 Reg. II, 19. XVII, 15. XIX, 30. XXII, 19. XXIII, 3. XXV, 25. Ieſ. XXVIII, 4. XXXVII, 31. Ier. VII, 33. IX, 9. XII, 17. XXV, 9. 11. XXVI, 11. XXVIII, 8. XXXIV, 22. XXXV, 15. Ezech. IV, 6. V, 15. VIII, 16. XI, 19. XII, 6. XIII, 14. XXXI, 12. 16. XXXV, 15. XXXVI, 5. 26. XLIII, 20. XLV, 4. XLVII, 14. Hoſ. I, 4. Amos II, 9. VI, 9. IX, 3. Zach. XII, 6. Ruth. IV, 11. Thren. I, 21. Eſth. III, 3. VI, 3. 5. Dan. III, 3, 7. 15. Nehem. IX, 11. 1 Chron. XI, 5. XV, 18. XXII, 10. 2. Chron. VI, 21. 27. XVI, 7. XXXIV, 27. et *loco metegh laxi* Deuter. VI, 11. et 1 Chron. XXVIII, 11.

§. XXXI.

Comitibus nil niſi ſerui ſubordinari poſſunt. Hinc conſecutio illorum ex contextu diiudicanda eſt, et quaenam voces cohaereant, quaeue diſtinguantur, ex iudicio grammatico ac logico cognoſci debet. Ipſa vero comitum conſecutio conſtitui poteſt absque difficultate. Cum enim *Karnephara* ſeruum habeat *ierach* (§. XIX.), hicce in voce ſecunda ponitur, deinceps ſequitur et, vbi opus eſt, repetitur *munach*, ſiue ſeruus ſiue ſubdiſtinctiuus requiratur. Id quod etiam in reliquis comitibus obſeruatur. *Gereſch* nimirum in ſecunda voce ſeruum admittit *kadhma*, et in tertia *tliſcha ktanna* (§. cit.), in reliquis vocibus etiam venit *munach*. *Pſik munachatus* in ſecunda voce pro ſeruo agnoſcit *merca*, in tertia *munach* vel *kadhma* (§. cit.), in reliquis vocibus adhibe-

hibetur *munach*. Qui ſuperſunt comites vbiuis ſub ſe habent *munach*. Hinc ſequens oritur tabula



Schol. Licet autem ex tabula hac perſpici poſſit, quod *Gereſch* in tertia voce adhibeat *Tliſcha ktanna*, ſunt tamen vndecim loca, in quibus tertia iſta vox ſub *Gereſch* aliorum comitum more habet *munach* cui Pſik adiectum eſt h. m. [illegible] Gen. XXVIII, 9 1 Sam. XIV, 3. 47. 2 Sam. XIII, 32. 2 Reg. XVIII, 17. Ierem. IV, 19. XXXVIII, 11. XL, 11. Ezech. IX, 2. Hagg. II, 12. 2 Chron. XXVI, 15. Quod enim *munach* iſte cum Pſik ex aliorum opinione ſiue vltimus comes, analogiae accentuum, ſecundum quam comes vnus ſub alio comite non ſubdiſtinguit, contrarium videtur.

§. XXXII.

Hactenus vſitatiſſimam accentuum conſecutionem pertractauimus, reſtat igitur, vt reliquarum conſecutionum leges tradamus. Obſeruandum vero de illis ante eſt, quod, ſicut alternantium ſubſtitutionem ad conſecutionem irregularem nonnulli referunt, ſic etiam multo magis ſeruorum ſub ducibus loco Gereſchi poſitum, quos vicarios aut legatos nominare ſolent, et reliquam accentuum conſecutionem a modo in ſuperioribus ſuppeditato recedentem, eiusdem nomine ſignent. Vicariis et legatis eorum-

que

eorumque conſecutioni peculiarem Exercitationem ordine tertiam deſtinauimus. Poſſunt autem eorum et aliorum accentuum reliqua conſecutio tota ſub tribus regulis generalioribus, poſitum maioratum et minoratum nec non tranſpoſitionem conſtituentibus, commode includi; ita vt afferi poſſit *praeter conſecutionem in ſuperioribus propoſitam occurrit etiam poſitus maioratus, minoratus, et tranſpoſitio.* Sicut autem in poſitu, quem maioratum et minoratum cum aliis auctoribus, ſignificatu tamen ab iis paullulum diuerſo, vocare voluimus, longitudo vel breuitas vocum inter alia reſpicienda eſt; ita etiam tranſpoſitio accentuum ex dictamine rhetorico in Exercitat. II. §. XLI. enucleando diiudicanda erit.

I.) Si nimirum plus per accentus indicari debet, quam quod conſecutio eorum ordinaria innuit, eiusmodi accentuum ſequela tunc vocatur *poſitus maioratus.* Ad hunc proinde pertinet

1) *ſi loco ſerui ſub domino quodam ſubdiſtinctiuus eius minor ponitur*, id quod fieri ſolet

a) ſimpliciter, ita vt ſub duobus imperatoribus et rege maximo *Segolta*, ſi voces tantum duae eorum ditionem efficiunt, ſemper loco ſerui adhibeatur ſubdiſtinctiuus minor. Sub rege ſequente *Sakeph katon*, et aliis diſtinctiuis, interdum modo illud obſeruatur, vbi plerumque eorum voces aut praecedentes ſunt non-laborantes. *)

H β) non

*) Ergo 1) *Silluk* et *Atnach* loco ſerui habent *Tiphcha*; 2) *Segolta* pro ſeruo adſumit *Sarka*; 3) *Sakeph katon* loco ſerui adhibet *Paſchta* vel *Iethibh*; 4) *Tiphcha* vero *Tbhir*; et 5) duces tandem *Gereſch* vel *Graſchaiim*. (per §. XXIX.) v. g. 1) Gen. XXIX, 35. Ieſ XLVII, 4. Gen VI, 22. Ieſ. XIX, 1. 2) Iud. XV, 18. Ier. XXIV, 1. 3) Num. VII, 11, Gen. VII, 11. Hoſ XIV, 2. 4) Ieſ. XXVI, 12. Ruth. II, 8. 5) Leuit. XXVI, 30. Ezech. XLIV, 4. 2 Sam. III, 25. Ezech. XI, 18.

β) non ſimpliciter, ita vt non ſolum loco ſerui minor, ſed etiam loco minoris adhuc requiſiti maior adhibeatur. Et hoc ſub imperatoribus, regibus, et archiduce *Rbbia* tunc in primis fieri ſolet, ſi eorum voces aut praecedentes ſunt makkeph notatae aut non-laborantes. **) Quae conditio etiam in ſequentibus non plane negligenda eſt.

2) *ſi loco ſubdiſtinctiui cuiusdam adhibetur alius ſubdiſtinctiuus ordine maior.* Sic enim

α) Duces tres poſteriores, *Sarka*, *Paſchta*, *Tbbir*, pro minore ſuo ſubdiſtinctiuo adſumunt maiorem, licet in voce ſua ſecunda ſeruum ſuum retineant. ***)

β) omnes Duces loco maioris ponunt denuo vel tertio maiorem. *)

II) Sin

**) Ergo 1) *Silluk* et *Atnach* loco ſerui habent *Tiphcha* et loco minoris *Sakeph katon.* 2) Segolta loco ſerui *Sarka*, et loco minoris *Rbbia*, 3) *Sakeph katen* loco ſerui *Paſchta*, et loco minoris *Rbbia*, 4) *Tiphcha* loco ſerui *Tbbir* et loco minoris *Rebbia*, 5) *Rebbia* loco ſerui *Gereſch* et loco minoris *Tliſcha gedbola* admittunt (§. XXIX.) v. g. 1) Gen. XXVI, 30. Zach. II, 3. Gen. V, 1. Habak. I, 1. 2) Gen XLIX, 16. Ier. III, 25. 3) Gen. VIII, 19. Hoſ. I, 1. 4) Deutr. VII, 20. Num. XXXV, 2. 5) Deutr. XXV, 19. Ier. XXIX, 14.

***) *Sarka* nimirum praeuio ſeruo *munach*, 2) *Paſchta* praeuio ſeruo *merca* vel *mahpach*, et 3) *Tbbir* praeuio ſeruo *merca* vel *Darga* (§. XVIII. XIX.) loco minoris aſſumunt *Tliſcha gedhola* (§. XXIX.) v. g. 1) Num. X, 29. Esra V, 14. 2) 2 Reg. I, 14. Ioel. IV, 4. 3) Ioſ. X, 29. 34. Hoſ. IV, 1.

*) *Sarka* nimirum, *Paſchta* et *Tbbir* 1) Vicariis et Legatis loco minoris aſſumtis pro ponenda tunc maiore Gereſch libere etiam habent denuo maiorem *Tliſcha gdbola*, v. g. a) Ieſ. XX, 6. 1 Chron. XIV, 1. b) Gen. VIII, 22. Exod. XIV, 5. c) Gen. VI, 22. Leuit. I, 7. Et ſi in eiusmodi Vicarii ditione tertia vox *Tliſchâ ktannâ* notata eſt, ſub *Paſchta* et *Tbbir* ſtatim etiam occurrit *Paſer*, v. g. a) Num. I, 44. 2 Sam. XXIV, 9. b) Num. IV, 46. Deut. IX, 10. 2) *Rbbia* et iidem

II.) Sin autem minus indicari debet per accentus, quam quod ordinaria eorum conſecutio innuit, iſta accentuum ſequela vocatur *poſitus minoratus*. Ad quem proinde referendum erit

1) *ſi loco ſubdiſtinctiui minoris ſeruus quidam adhibetur*, ita vt vel

α) ſeruus domini adhuc ſemel loco minoris ſui, ſiue in ſecundam ſiue in tertiam vocem cadat diſtinctio, repetatur; id quod ſub imperatore minore et ſub duobus regibus maioribus fieri ſolet. **).

β) ſeruus ſub ducibus loco minoris ſubſtituatur, qui vel vicarium vel legatum conſtituit. vid. Exerc. III.

2) *ſi loco ſubdiſtinctiui maioris minor quidam ponitur*, quod fieri ſolet

α) *ſub regibus*, in quorum ditione,

a) ſi ſubdiſtinctiuus maior *Rbbia* bis requiritur,

א) minor loco maioris repetitur, et Rbhia demum vt denuo maior adhibetur. ***).

iidem reliqui tres duces poſt minorem ordinarium *Gereſch* loco maioris *Tliſcha gedhola* adhibent denuo maiorem *Paſer* v. g. a) Gen. XXXII, 33. Deut. XXI, 3. b) Gen. XXXVI, 6. 2 Reg. VII, 2. c) Gen. XXXI, 42. Num. XV, 24. d) Eccl. VIII, 12. Num. XVIII, 17.

**) Ergo *Athnachum, Segoltam* et *Sakeph katon* duplex munach praecedit (§ XVIII.), ſiue diſtinctio in ſecundam ſiue in tertiam vocem incidat. Omnia huc pertinentia exempla ſuppeditabimus in Exercit. II. §. XLII. Schol. I.

***) vide v. g. 1) de Segolta Exod. XII, 29. 1 Reg. XI, 33. ſed Ieſ. XLV, 1. non ſequitur denuo maior Rbhia. 2) de Sakeph katon Exod. XXXII, 11. Ioſ. XV, 18. Dan. X, 10. 3) de Tiphcha Exod. III, 1. Deutr. IV, 38.

ב) *paſchta* interdum, inprimis ſi dictio ſubdiſtinctiui minoris praecedentis eſt plurium vocum, loco maioris ponitur, et *Rbbia* demum vt denuo maior, ſub *Segolta* et *Tiphcha* etiam aſſumitur. *).

b) ſi ſubdiſtinctiuus maior *Rbbia* ter requiritur, ſub *Sakeph katon* et *Tiphcha* pro medio rbhia adhibetur Paſchta. **).

c) ſi ſubdiſtinctiuus iſte maior quater vel pluries requiritur, ſubdiſtinctiuus minor *Paſchta* vel pro ſecundo vel pro primo et tertio *Rbbia* ponitur. ***).

β) *ſub ducibus*, vbi

a) minor Rbhiae loco maioris repetitur. *).

b) ſub *Paſchta* ter loco minoris *Gereſch alius* comes, ordine minor, *Pſik* nimirum *munachatus*, adhibetur **).

III.) *Trans-*

*) vide v. g. 1) de Segolta Ioſ. XVIII, 14. 1 Reg. XII, 10. 2) de Tiphcha Deutr. XX, 20. 1 Reg. XXII, 15.

**) vide v. g. 1) de Sakeph katon Gen. XXVII, 37. Mich. VI, 2. Iud. IV, 9. 2) de Tiphcha Gen. XXXVIII, 12. Exod. XXXVI, 3.

***) vide ſub Sakeph katon v. g. 2 Sam. XIV, 7. 1 Chron. XIII, 5. Eſra VII, 25. Applicatio huius regulae et totius poſitus ſub litera α) notati in accentuatione a priori felicius fiet, ſi obſerues, quod Rbhia immediatam ſui ſequelam reformidet, nec lubenter vnquam ſe proxime inſequatur; id quod teſtatur Mich. Beck in Suſcitab. p. 131. ſeq. et Phil. Ouſeel l. c. Cap. VI, §. 18. Cap. VII, §. 47. Cap. VIII, §. 22. Ex qua obſeruatione regulae ab aliis accentuum doctoribus traditae melius determinari poterunt, et in caſibus obuiis diiudicari poterit, num Rbhia, vel an alius dux eius loco, poni debeat.

*) vide Gen. VII, 2. XIX, 14. Leu. X, 29. Num. IV, 26. XXXI, 30. XXXII, 32. Ioſ. XXIV, 23. Iudic. XII, 1. 1 Sam. XXX, 21. 2 Sam. XXIV, 17. 1 Reg. III, 35. XVI, 9. Ier. XLIV, 25. Ezech. XXXIII, 11. XXXVIII, 8. it. poſt vicarium munach Ioſ. XXIV, 13. Ier. VII, 14. XXX, 11. XLVI, 28.

**) Leuit. V, 6. XXI, 10. Ruth. I, 2.

III) *Tranſpoſitio accentuum*, de qua peculiari Diſſert. egit BLOSSIVS, obtinet,

1) Si diſtinctio cum connexione, et vice verſa, transmutatur.***).


2) ſi ſubdiſtinctiuus maior cum minori translocatur. *)

IV.) Vt vero hae conſecutiones omnes vno obtutu perſpici poſſint, easdem nunc cum Vicariis et Legatis ſub ducibus occurrentibus, in Tabula repraeſentabimus, licet peculiarem et completiorem vicariorum nominatorum tabulam infra in Exercit. III. exhibituri ſimus.

***) v. g. Ieſ. I, 2. XL, 13. Habak. I, 4. Iob. I, 18. multa exempla a variis accentuum doctoribus huc relata a defectu ſufficientis de dictam. grammatico et logico cognitionis dependent.

*) Sic v. g. ∴ et : Exod. XX, 2. et Deut. V, 6. ex plurimorum ſententia ſunt tranſpoſita. it. Ier. VI, 26. in voce פתאם ſub Silluk apparet maior :, cum ſufficeret alias ſubdiſtinctiuus minor Tiphchae. Et inprimis huc pertinet tranſpoſitio · cum · ſub *Sarka* Nehem. III, 15. ſub *Paſchta* Gen. I. 12. Leu. IV, 7. XIII, 57. Deut. XVII, 5. Ioſ. XXI, 6. 1 Sam. XVII, 51. 2 Sam. XVIII, 29. Ieſ. IX, 5. Ezech. XIII. 15. Nehem. V, 18. 1 Chron. XII, 20. ſub *Tbbir* Gen. XIII, 1. Deutr. XXVI, 12. Ioſ. XXIII. 4. Amos VIII, 13. Eſra V, 3.

DOMINI	SVBDISTINCTIVI				
Imperatores	minor.	maior.	denuo mai.	3tio mai.	4to mai.
[illegible] [illegible]					
[illegible]	[illegible]				
[illegible] [illegible]					
[illegible]	[illegible]				
[illegible]	[illegible]	[illegible]			
	[illegible] [illegible]	[illegible]			
Reges					
[illegible] [illegible]					
[illegible]	[illegible]				
[illegible]	[illegible]				
[illegible]	[illegible]	[illegible]			
	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	
	[illegible]	[illegible]	[illegible]		
[illegible]	[illegible]	{ [illegible]			
	[illegible] [illegible]				


vel
Duces

EXERCITATIO SECVNDA
DE
ACCENTVATIONE A PRIORI.

§. XXXIII.

Abſoluimus nunc in Exercitatione prima quae de accentuatione a poſteriori in proſaicis generatim ſunt notanda; ſpecialia enim quae adhuc reſtant, ſcilicet vberior de vicariis et legatis illuſtratio, doctrina de duplici accentuatione in Decalogo et de locis piskatis, de induſtria ſeorſim in ſpecialibus Exercitationibus infra pertractabuntur. Nunc vero ſic dicta dictamina, grammaticum ſcilicet, logicum et rhetoricum, ſine quorum exacta cognitione accentuatio a priori commode peragi nequit, in hac Exercitatione enucleabimus, et deinde modum in accentuatione a priori feliciter inſtituenda rite procedendi adiiciemus. Nondum enim videmus, quod a quibusdam rem non ſatis intelligentibus iure adſeri poſſit, nullam plane ex accentuatione a priori expectandum eſſe vtilitatem, et circulum in probanda eiusdem exiſtentia neceſſario committi.

I.) Tribus igitur haec exercitatio abſoluitur membris, ita vt eorum *primum* de variis dictaminibus ab accentuatoribus acceptis agat; *ſecundum* vero modum in accentuatione a priori rite inſtituenda procedendi oſtendat; et *tertium* tandem praematuras de accentuatione a priori opiniones remoueat.

II.) Accentuatio a poſteriori, quae diiudicationem ſenſus ex valore accentuum in textu quodam appoſitorum docet (§. X.), vocatur etiam a nonnullis *analyſis accentuum* ſiue analytica accentuum tractatio. E contrario accentuatio a priori, quae docet modum accentus ad textum quendam, cuius ſenſus nobis eſt cognitus, apponendi (§. cit.), dicitur *ſyntheſis* ſiue ſynthetica tractatio *accentuum* †). Ergo exercitat. haec ſecunda ſyntheſin accentuum exponit.

†) conf. I. ERN. STOLTE in Accentuatione ſacri Codic. Διχοτομικη p. 15.

§. XXXIV.

Primus qui accentuationis a priori viam aperuit eſt b. WASMVTHVS dictamen grammaticum et logicum, licet ſatis indeterminate, ſuppeditans *). Eum omnes ferme ſecuti ſunt, ita tamen vt alii mox dictamini grammatico, mox alii dictamini logico plus quam par eſt tribuerint. Ipſum WASMVTHVM inter alios in primis IOAN. FRANKIVS accuſat, quod verbis et Grammaticae nimis adhaereſcat, multasque proinde regulas indeterminatas ac falſas tradat **); ſed et FRANKIVS ipſe in hoc peccare videtur, quod magno conatu defendere ſtudeat, omnis diſtinctionis vnicum et perpetuum fundamentum eſſe logicum ***). In quo eum tamen non ſolum ſequitur I. C. WAGNERVS, ſed vlterius adhuc progreditur et dictamen grammaticum plane reiicit *). Res ipſa ex noſtra quidem ſententia ita diiudicanda eſt, vt vniuerſalitatem regulis Waſmuthianis denegemus, et FRANKIO aliisque concedamus, quod diſtinctionum proportio ſiue quantitas a dictamine logico dependeat. Illud vero nondum admittere poſſumus, quod omnis diſtinctionis vnicum et perpetuum fundamentum ſit logicum; ſiquidem generatim ibi etiam diſtinctio iam obtinet, vbi ex dictamine grammatico non adeſt nexus. Semper potius dictamen logicum cum grammatico combinari debet, et quando vnus oculus ad hoc directum eſt, altero ſimul ad illud reſpiciendum, et dictamen rhetoricum addendum eſt.

I.) Sunt igitur tria dictamina tanquam cauſae ſociae conſideranda. Sicut nimirum cauſae ſociae, non niſi coniunctim ſumtae, ſufficientis cauſae rationem ſuſtinent, ac proin-

*) vide eius Inſtitutiones Accentuationis Hebraeae Cap. I. et II. p. 32. ſeq.

**) vide eius Diacrit. ſacr. Parte II. tota et inter alia §. 187. p. 105.

***) conf. l. c. §. 82. ſeqq. p. 75. ſeqq.

*) conf. eius Medulla Accentuationis Hebr. enucleata ex dictamine logico.

proinde vna aut aliquot earum ſunt tantum cauſa inſufficiens, et cauſatum partim ab hac partim ab illa, ſed a nulla totum dependet; ita etiam in accentuatione a priori vnum dictamen ab altero non debet diuelli, ſed in multis locis omnium ſimul, et in omnibus et logici et grammatici perpetuo habenda eſt ratio.

II.) Ne quis vero amplius de veritate horum dictaminum dubitet, eaque tanquam meras hypotheſes reiiciat; quodlibet eorum non ſolum explicabimus, ſed etiam cuiuslibet probationem adiiciemus, ita vt dictamen grammaticum ex idiotiſmis linguae Hebraeae adhibito Interprete b. DANZII, dictamen logicum ex indubiis logicae principiis, et dictamen rhetoricum tandem ex affectuum indole ſimus deducturi.

§. XXXV.

Dictamen et iudicium apud accentuum doctores ſunt ſynonyma, adeoque dictamen grammaticum idem eſt ac iudicium grammaticum. Suppeditata igitur iudicii definitione, varietas dictaminum apud accentuatores iam receptorum facile poterit perſpici. Eſt autem *iudicium* cogitatio relationis duarum idearum. Cumque per relationem idearum conuenientia et disconuenientia earum intelligatur (§ V.); in omni iudicio ſignificatur, vtrum vnum alteri conueniat vel non conueniat. Ex quo perſpici poteſt, quod accentuum doctores examen vocum ſecundum regulas grammaticas et ſyntacticas, num vox voci ſit iungenda aut disiungenda, haud inepte vocauerint *iudicium* ſiue *dictamen grammaticum*. Quoniam porro in Logica indoles propoſitionum, et relatio eorum quae propoſitionem efficiunt, docetur; *iudicium logicum* eſt examen vocum et propoſitionum ſecundum regulas logicas, relationem eorum quae propoſitio-

nem conſtituunt tradentes, inſtitutum. Cumque varia tandem coniunctio atque ſeparatio vocum, et idearum per illas denotatarum, ab affectu eiusque effectibus dependeat; illud quod repraeſentationem relationis partium orationis pro affectu determinandae exhibet dicitur *iudicium* ſiue *dictamen rhetoricum*.

In Scholio §. IX. adſeruimus, quod theſis iſta, accentus eſſe ſigna ex dictamine grammatico, logico et rhetorico coniunctorum vel disiunctorum ſit propoſitio vera; id quod nunc etiam probare poſſumus. Nulla nimirum idea cum altera poteſt combinari, niſi iſtarum relatio vel ex regula aliqua grammatica vel ex logica aut rhetorica ſit manifeſta. Et vbi non eſt nexus, ibi obtinet disiunctio idearum. Cum igitur accentus ſint ſigna coniunctionis atque disiunctionis terminorum (§. V. et IX.); accentus etiam eſſe debent ſigna terminorum ex dictamine grammatico logico et rhetorico coniunctorum vel disiunctorum (§. XXXV.).

§. XXXVI.

In Grammatica Ebraea tres partes orationis aſſumuntur, nomen ſcilicet, verbum et particula, de quorum idiotiſmis ſeorſim inter alios *) agit b. DANZ in ſynopſi Interpretis Ebraeo-Chaldaei, vnde nos etiam quaedam hic in ſubſidium vocabimus. Cum igitur iudicium grammaticum coniunctionem vel disiunctionem vocum ex regulis grammaticis oſtendat (§. XXXV.); iudicium grammaticum tria etiam membra complecti debet, ita vt relatio immediata tam nominum quam verborum et particularum in eodem determinanda ſit.

§. XXXVII.

*) Quorſum pertinent v. g. IOH. BVXTORF in Theſauro Grammatico L. S. Lib. II. CHRISTOPH. CELLARIVS in Canonibus de linguae ſanctae proprietatibus MATTH. FLACIVS in Claue ſcript. ſacr. T. II. SALOM. GLASSIVS in Philol. ſacra Lib. III. et IV. eiusque Epitomator HENR. PHIL. HERWARTVS in Salomonis Glaſſii Philologiae ſacr. nucleo. I. H. MICHAELIS in Diatribe

phi-

§. XXXVII.

Referuntur autem ad conſtructionem nominis immediatam

I.) REGIMEN et CONSTRVCTIONES REGIMINI AEQVIPOLLENTES. Obtinet enim regimen ſiue ſtatus conſtructus, quando duo nomina res diuerſas ſignificantia ita ad ſe inuicem referuntur, vt terminum aliquem complexum conſtituant, cui vna idea ſatis nunc determinata reſpondet. Ergo ſecundum Danzium §. 34. Grammat. non ſolum 1) in ſtatu conſtructo vel regimine poni nomen dicitur, quod ita cum alio conſtruitur, vt hoc ab illo rectum latine in Genitiuo efferatur; ſiue particula quaedam intercedat ſiue non §. 24. Interpr. ſed etiam 2) quando adiectiuum ſubſtantiuo praemiſſum et in regimine poſitum indicat, ſubſtantiuum ſequens in diuerſo a ſe caſu eſſe efferendum §. 3. III. Interpr. Atque adeo *nomen in regimine poſitum arctiſſimum ſemper cum alio habet nexum.* *)

Sicut alii caſus, in quibus nomen ſub forma conſtructa apparet, ſuppeditantur §. 24 II. et §. 25. Interpr. ita quoque ad conſtructiones regimini aequipollentes ibi referendum eſt

1) quando particula ל tanquàm nota genitiui adhibetur §. 20. II. et §. 151. I, 2. Interpr. **)

 2) quan-

philol. de peculiaribus Ebraeorum loquendi modis. MATTH. WASMTH in Appendice II. Ebraiſini reſtituti. p. 273. ſeqq.

*) v. g. 1) Gen. I, 2. רוּחַ אֱלֹהִים ſpiritus Dei, XIX, 4. אַנְשֵׁי הָעִיר viri vrbis iſtius. Hoſ. VII, 5. חֲמַת מִיָּיִן Vter vini 2 Sam. I, 21. הָרֵי בַגִּלְבֹּעַ montes Gilboae. 2) Dan. I, 4. טוֹבֵי מַרְאֶה boni aſpectu Pſ. XXIV, 4. נְקִי כַפַּיִם innocens manibus.

**) v. g. 1 Sam. XVII, 8. עֲבָדִים לְשָׁאוּל ſerui Saulis. Deutr. XXIII, 1. אֶל־מִחוּץ לַמַּחֲנֶה ad exteriorem partem caſtrorum. Pſal. III, 1. מִזְמוֹר לְדָוִד. Pſalmus Dauidis.

2) quando alias etiam ſtatus abſolutus pro conſtructo ponitur §. 159. Interpr. ***)

3.) quando infinitiuus per nomen et in ſpecie per genitiuum ſenſualem exprimitur §. 88. II. 1. et III. †)

4.) quando nomen cum ſuffixo ſecundae perſonae praemittitur vocatiuo ††)

II.) APPOSITIO. Teſte *Glaſſio* *) conſtructionem iſtam, qua ſubſtantiuum cum ſubſtantiuo eiusdem rei, in eodem genere, numero et caſu conuenit, latini vocant appoſitionem. Ergo in appoſitione duo nomina eum in finem inuicem combinantur, vt vnum alterum declaret. Cumque adeo duo nomina in appoſitione tanquam eadem potius, quam diuerſa reſpiciuntur; *nomina in appoſitione poſita recte coniungi poterunt.* **)

Sicut

***) v. g. Ioſ. III, 14. הָאָרוֹן הַבְּרִית arca foederis. Prou. XXII, 21. אֲמָרִים אֱמֶת verba veritasis, in quo caſu idem nomen conſtruendum in forma conſtructa ſubintelligitur §. 13. Interpr. qualis vocum iteratio actu reperitur Exod. XXXVIII, 21. Num XXXII. 1. Deut. XI, 24. 1 Reg. VIII, 27. Pſ. CXXXIII, 2. etc.

†) v. g. Ioſ. X, 27. לְעֵת | בּוֹא הַשֶּׁמֶשׁ tempore occaſus ſolis, ſiue tempore quo occiderat ſol. Ieſ. IV, 4. בְּרוּחַ בָּעֵר per ſpiritum remouere i. e. remotionis ſ. ſublationis.

††) v. g. Exod. XV, 6. יְמִינְךָ יְהוָה dextra tua o Iehoua idem eſt ac dextra Iehouae. Pſalm XLV, 7 כִּסְאֲךָ אֱלֹהִים thronus tuus o Deus, ſiue thronus Dei. it. Pſalm. XL, 9. XCIV, 5.

*) in Philol. ſacr. lib. III. Tract. I. Can. IV. p. 544.

**) v. g. Deutr XXII, 28. נַעֲרָה בְתוּלָה puella virgo. 1 Reg. II, 12. כִּסֵּא דָּוִד אָבִיו thronus Dauidis patris ſui.

Sicut duo nomina eiuſdem perſonae appoſitionem etiam faciunt ***); ita notandum quoque eſt, quod interdum ſubſtantiua per appoſitionem coniungenda naturam nominum res diuerſas ſignificantium ſequantur, formam regiminis aſſumentes. †)

III.) ADIECTIVVM CVM SVBSTANTIVO. Adiectiuum nomini ſuo ſubſtantiuo appoſitum cum eodem terminum complexum conſtituit, atque ideo nomina iſta ſimul ſumta vnicum ideam determinatam conſtituunt. Recte proinde *adiectiuum cum ſuo ſubſtantiuo connecti poteſt.* ††)

Ad conſtructionem adiectiui cum ſubſtantiuo pertinent etiam

1) participia atque pronomina. §. 3. I. Interpr. †††).

2) aduerbia adiectiue ſumta §. 15. Int. *)

3) numeralia, quorum conſtructio docetur §. 4-7. Interpr. **)

IV.) COPVLATIO DVORVM NOMINVM IN EADEM PROPOSITIONE, *quae ſit* tam

1) PER

***) v. g. תּוּבַל קָיִן Tubalkaiin. Gen. IV, 22. עֲבֵד נְגוֹ Abednego Dan. I, 7.

†) v. g. Deutr. I, 7. נְהַר פְּרָת fluuius Euphrates. Geneſ. XVI, 7. מַלְאַךְ יְהוָֹה angelus Iehoua.

††) v. g. Geneſ. I, 16. הַמָּאוֹר הַגָּדוֹל lumen magnum. Ieſ. I, 6. מַכָּה טְרִיָּה plaga humida. Ieſ. I, 4. כֶּבֶד עָוֺן grauis iniquitate conf. Membr. I, 2.

†††) Prou. XV, 14. לֵב נָבוֹן animus intelligens. XXVIII, 7. בֵּן מֵבִין filius intelligens. Gen. VI, 4. בַּיָּמִים הָהֵם in diebus illis. Ierem. XLIV, 6. הַבַּיִת הַזֶּה הָעִיר הַזֹּאת domus haec, vrbs haec.

*) v. g Prou. III, 25. פַּחַד פִּתְאֹם pauor ſubito i. e. ſubitaneus. Nehem. II, 12. אֲנָשִׁים מְעַט homines parum i. e. pauci.

**) v. g. Gen. I, 8. יוֹם שֵׁנִי dies ſecundus. XXX, 20. שִׁשָּׁה בָנִים ſex filii.

Digitized by Google

I.) DVO VERBA DIVERSA

1) *quae in eodem tempore iuxta ſe inuicem ſunt poſita.* ***)

Nam vnum eorum hoc in caſu commode apud Latinos aduerbialiter redditur §. 76. III, 2. adeoque qualitatem alterius tantum indicat. Ergo etiam cum altero cohaeret.

2) *quorum vnum in tempore definito alterum regit in infinitiuo*, quod fieri ſolet vel interueniente particula quadam, vel absque eadem. §. 76. I. *)

Si enim verbum prius alterum regit in infinitiuo, vnum verbum reſpicit alterum, adeoque vnum cum altero recte combinatur.

II.) IDEM VERBVM GEMINATVM, et quidem

1) *in vno eodemque tempore,* **)

2) *in tempore definito cum infinitiuo,* ***)

Nam vbi idem verbum in eodem tempore geminatur, emphaſis eiusdem tantum exprimitur §. 169. I. et vbi tempus finitum eiusdem radicis cum infinitiuo coniungitur,

K certi-

***) v. g. Nehem. III, 20. הֶחֱרָה הֶחֱזִיק arſit inſtaurauit, i. e. ardenter inſtaurauit. Ierem. XIII, 18. הַשְׁפִּילוּ שֵׁבוּ ſubmittite vos ſedete i. e. abiectiſſime ſedete.

*) v. g. 1 Sam. VI, 20. יוּכַל לַעֲמֹד poterit ſtare. Ieſ. XXX, 9. לֹא־אָבוּ שְׁמוֹעַ noluerunt audire.

**) v. g. Ieſ. LII, 11. סוּרוּ סוּרוּ recedite recedite i. e. celeriter recedite. Nahum II, 9. עִמְדוּ עֲמֹדוּ ſtate ſtate i. e. ſtate firmiter.

***) v. g. Geneſ. XXVI, 11. מוֹת יוּמָת mori morietur i. e. certe morietur. Ezech. XXX, 16. חוּל תָּחוּל infirmando infirmabitur i. e. maximopere infirmabitur. Ioſ. XXIV, 10. וַיְבָרֶךְ בָּרוֹךְ et benedixit benedicere i. e. continuo benedixit. Ier. XXII, 10. בְּכוּ בָכוֹ flere flendo i. e. acriter fleo.

Digitized by Google

certitudo, euidentia, excellentia, magnitudo, continuatio ac frequentatio ideae verbo indicatae exprimitur §. 77. Interpr. Ergo in vtroque caſu vnum cum altero recte connecti poteſt.

III.) DVO VERBA EIVSDEM PROPOSITIONIS PER VAU COPVLATA. †)

Huius nexus ratio ſub nomine §. praec. Membr. IV. iam fuit ſuppeditata. Quoniam nimirum Vau copulatiuum eſt ſignum nexus, et ſignatum adeſſe debet vbi ſignum eſt; duo verba per Vau copulata, quae ad vnum ſubiectum referuntur, connecti poterunt.

Huc etiam referendum eſt aſyntheton, quando Vau copulatiuum inter duo verba copulanda omiſſum ſubintelligitur v. g. Exod. XV. 9. אֶרְדֹּף אַשִּׂיג perſequar *et* apprehendam. 1 Sam. XV, 6. סֻרוּ רְדוּ recedite *et* deſcendite conf. etiam §. 76. III, 2. Interpr. Gen. XLIV, 4. Deutr. II, 24. Pſalm XLV, 5.

IV.) VERBVM SVBSTANTIVVM CVM PARTICIPIO. ††)

Nam *participium* verbo ſubſtantiuo expreſſo iunctum, in eodem tempore, genere ac numero efferri poteſt, quo verbum ſubſtantiuum latine omittendum, efferri debebat §. 54. II. Interpr. Ergo verbum ſubſtantiuum cum participio ſequente vnicum verbum ac tempus exprimit: adeoque nexum cum eodem habet.

V. CA-

†) v. g. Geneſ. I, 28. פְּרוּ וּרְבוּ creſcite et multiplicamini. Hab. I, 15. יִשְׂמַח וְיָגִיל laetabitur et exultabit.

††) v. g. Gen. I, 6. וִיהִי מַבְדִּיל et erit diſtinguens; i. e. diſtinguet. 2 Reg. XXVII, 19. וַיִּהְיוּ עֹשִׂים et erant facientes i. e. faciebant. Deutr. IX, 7. Nehem. I, 4.

V.) CASVS NOMINIS CVM VERBO SVO, *)

Praecipuus nominis caſus eſt nominatiuus, ſed praeter illum etiam datiuus, accuſatiuus et ablatiuus cum verbo ſuo cohaerent, ſiue nude ponantur, ſiue ſe intercedentibus particulis, tam connexis בכלם, quam ſeparatis את, אל, על, עם etc. ad verbum referant §. 85. I. et §. 66. Interpr. Quoniam igitur verbum regitur a nominatiuo, reliqui autem caſus nominis a verbo dependent; facile patet, quod *nexus verbi fieri poſſit ob immediatam nominis vel pronominis cohaerentiam*, ſiue ea praecedant ſiue ſequantur.

Sunt etiam verba latina, quae genitiuum regunt, quibus tamen alius apud Ebraeos reſpondet caſus. Qui caſus nominis etiam cum verbo connectitur v. ig. Pſalm CXXXVI, 23. זָכַר לָנוּ recordatus eſt noſtrum. Ier. XXIII, 39. נָשִׁיתִי אֶתְכֶם obliuiſcar veſtri.

§. XXXIX.

In particulis datur nexus

I.) OB REPETITIONEM EIVSDEM PARTICVLAE IMMEDIATAM. **)

K 2 II.) Abs-

*) v. g. *nominatiuus* Geneſ. III, 20. וַיִּקְרָא הָאָדָם et vocauit homo. Prou. III, 35. חֲכָמִים יִנְחָלוּ ſapientes poſſidebunt. *datiuus* Prou. IV, 2. נָתַתִּי לָכֶם dedi vobis. 2 Sam. XVII, 23. וַיְצַו אֶל־בֵּיתוֹ et mandata dedit familiae ſuae. Exod. XXIII, 25. וּבֵרַךְ אֶת־לַחְמְךָ et benedicet pani tuo. *accuſatiuus* Ieſ. XXVIII, 9. יוֹרֶה דֵעָה docebit ſcientiam. Exod. XX, 12. כַּבֵּד אֶת־אָבִיךָ honora patrem tuum. Pſalm XLIV, 20. וַתְּכַס עָלֵינוּ et obtexiſti nos. Prou. IV, 13. הַחֲזֵק בַּמּוּסָר apprehende diſciplinam hanc. *ablatiuus* Prou. VI, 13. קוֹרֵץ בְּעֵינָיו annuit oculis. Gen. I, 22. יִרֶב בָּאָרֶץ multiplicabitur in terra. Gen. XXVII, 40. וְעַל־חַרְבְּךָ תִחְיֶה et gladio tuo viues.

**) v. g. Deut. XXVIII, 43. מַטָּה מָּטָּה, מַעְלָה מָּעְלָה ſupra ſupra, infra infra i. e. altiſſime, infime. מְאֹד מְאֹד valde valde, i. e. vehementiſſime.

II.) Abſque iſta repetitione

1) INTER DVAS PARTICVLAS DIVERSAS. ***)

2) INTER PARTICVLAM ET NOMEN vel PRONOMEN. †)

3) INTER PARTICVLAM ET VERBVM. ††)

Nam particula ſibi ipſi aut ſynonymo coniuncta, ſignificationis incrementum continuatum, exaggerationem vel diſtributionem indicat (§. 90. Interpr.) Ergo ob repetitionem particulae eiusdem aeque ac inter nomina repetita poteſt eſſe coniunctio (§.XXXVII, M. III.). Et ſicut in hac re particula cum nomine conuenit, ita alias quoque nominum affectiones habet, et ſua natura nomen eſt §. 91. Int. conf. Frid. Theod. Mulleri diſſertationem anno 1740. Ienae defenſam, qua oſtenditur *particulas Hebraeorum eſſe nomina.* Ergo nexus etiam eſſe poteſt inter duas particulas diuerſas vnam quaſi vocem exprimentes, et inter particulam et nomen (§. XXXVII, Membro I.) nec non inter particulam et verbum (§. XXXVIII, Membr. V.)

Circa poſteriorem conſtructionem notandum in primis eſt, quod *particula* לא *praecipue cum verbo ſequente cohaereat*, efficit enim cum eodem ideam vnicam negatiuam. v. g. Deutr. XIV, 3. לֹא תֹאכַל כָּל־־תּוֹעֵבָה non comedes vllum immundum. Gen. XVI, 10. XXXVII, 21. Ieſ. XXVIII, 12.

§. XXXX.

***) v. g. Deut. XXI, 13. וְאַחַר כֵּן et poſtea. Ier. XIII, 27. אַחֲרֵי מָתַי poſt quando *ſiue* poſt quantum tempus.

†) Geneſ. I, 7. בֵּין הַמַּיִם inter aquas *ſiue* diſcrimen aquarum. 2 Chron. XXXIII, 15. חוּצָה לָעִיר extra civitatem, *ſiue* in parte exteriori ciuitatis.

††) Pſal. CXIV, 3. יִסֹּב לְאָחוֹר diuertit retrorſum *ſiue* ad partem poſteriorem, Ieſ. XLI, 1. אָז יְדַבֵּרוּ tunc *ſiue* iſto tempore loquentur.

§. XXXX.

Veritatem regularum hactenus propoſitarum et ad dictamen Grammaticum relatarum (§. XXXVII-XL.) FRANKIVS ex parte negat *). Sed recte illud haud fieri in vltimo huius Exercitationis membro oſtendemus. Interim laudatus auctor bene monet, quod praeter caſus iam ſuppeditatos detur etiam nexus intermedius, **) vt ſcilicet

I.) QVAEDAM CONNECTANTVR, QVAE NON QVIDEM INTER SE, SED TAMEN CVM COMMVNI TERTIO COHAERENT, cuius regulae veritas facile poteſt perſpici ex trito iſto canone, *quae conueniunt cum vno tertio, conueniunt inter ſe.* Referri vero huc debet

1) SI DVAE VOCES, IMMEDIATE LICET NON COHAERENTES, AD VNVM IDEMQVE VERBVM RESPICIVNT. ***)

2) SI INTER DVAS VOCES PRONOMEN אשר AVT ALIVD QVID OMISSVM EST, CVM QVO VTRAQVE EARVM CONNECTITVR. †) conf. §. 170. §. 177. et §. 178. Interpr.

 Sic

*) vide eius Diacriticam ſacram, in qua Part. II. §. 82. ſeqq. et alibi multa exempla his regulis repugnantia ſuppeditat.

**) conf. librum citat. P. II. §. 61. ſeqq. p. 70. ſeqq.

***) v. g. Geneſ. XI, 3. אִישׁ אֶל־רֵעֵהוּ *et dixit* vnus ad alterum. Ieſ. XXXVIII, 19. אָב לְבָנִים pater filiis *indicabit veritatem tuam* Gen. XXXIX, 19. Ieſ. LIII, 5. Ier. IX, 7.

†) v. g. 1) Pſal. LI, 10. תָּגֵלְנָה עֲצָמוֹת דִּכִּיתָ laetentur oſſa *quae* contriuiſti. Prou. IV, 5. וּשְׁתוּ בְּיַיִן מָסָכְתִּי et bibite de vino *quod* miſcui. 2) Leuit. XIII, 44. בְּרֹאשׁוֹ נִגְעוֹ in capite eius *eſt* plaga eius. Hoſ. V, 2. מוּסָר לְכֻלָּם caſtigatio *ero* omnibus.

Sic etiam praeterea

II.) PRONOMEN אֲשֶׁר CVM SEQVENTE VOCE, ALIAEQVE VOCES RELATIVE SE INVICEM RESPICIENTES, CONIVNGI POSSVNT ††). Quia enim pronomen in locum nominis repetendi ſubſtituitur, ne per continuam huius repetitionem taedium in oratione oriatur; pronomen ſicut nomen ipſum conſiderandum eſt. Quod etiam exinde confirmatur, quod nomina ante אֲשֶׁר in ſtatu conſtructo ponantur (§. 24. II. Interpr.) *Ergo etiam pronomen cum ſequente voce connecti poterit* (§. cit. et §. XXXVIII. Membr. V.). Quod vero ad voces relatiue ſe inuicem reſpicientes attinet, per illas in primis nomen cum ſe ipſo, mediante praepoſitione aliqua conſtructum intelligimus, quo in caſu prius per *vnus* ſiue *quilibet*, poſterius vero per *alter*, ſignificatione nominis ſemel expreſſa, redditur (§. 33. Interpr.). Sed ratio coniunctionis earum etiam ex Membro I. huius §. iam perſpici poteſt.

III.) לֵאמוֹר et סֶלָה CVM PRAECEDENTE VOCE CONIVNGVNTVR, SI HAEC CVM SVA PRAECEDENTE NON COHAERET. *). Nimis vage

††) v. g. 1) Deut. XII, 15. אֲשֶׁר נָתַן־לָךְ quam dedit tibi. Pſalm. XXXVIII, 15. אֲשֶׁר לֹא־שֹׁמֵעַ qui non audit. 2) Pſalm XIX, 3. יוֹם ▭ לְיוֹם dies vnus alteri *eructat* ſermonem, וְלַיְלָה לְּלַיְלָה et nox vna alteri *indicat* ſcientiam. Ezech. XXI, 14. כַּף אֶל־כַּף manum vnam ad alteram *complode*. Ieſ. VI, 3. זֶה אֶל־זֶה vnus ad alterum *dixit*.

*) 1) v. g. Ioſ. III, 6. וַיֹּאמֶר יְהוֹשֻׁעַ | אֶל־הַכֹּהֲנִים ▭ לֵאמֹר et dixit Ioſua ad ſacerdotes dicendo. Gen. XV, 18. | כָּרַת יְהוָה | אֶת־אַבְרָם בְּרִית לֵאמוֹר pepigit Iehoua cum Abramo foedus dicendo. 2) Pſ. IV, 5. אִמְרוּ

Digitized by Google

vage et indeterminate regula haec a *Weimaro* **) traditur, hinc magis determinatam eandem ſiſtimus, eiusque probationem nunc quoque adiiciemus. In §. XXXXII. demonſtrabimus propoſitionem, quod Ebraei non plures duabus immediate per ſeruum connectant voces. Si igitur vox ante לאמור et סלה exiſtens cum ſua praecedente iam cohaeret, non poteſt cum iſtis coniungi, ſed diuellenda eſt; ſin autem vox ante לאמור et סלה exiſtens cum ſua praecedente non cohaeret, tunc לאמור et סלה cum ſua praecedente voce coniungi poſſunt. Et haec coniunctio tunc eo magis actu obtinebit, ſi tam לאמור et סלה quam vox ante illa exiſtens verbum quoddam tanquam tertium commune reſpiciunt (vid. Membr. I.). nec iſta aliam propoſitionis partem aut integram quaſi conſtituant propoſitionem. ***).

IV.) SIGNVM DICTI אמר CVM VOCE SEQVENTE, QVAE INTEGRVM ORATIONIS MEMBRVM SIVE PROPOSITIONEM EFFICIT, CONNECTITVR †). Eſt enim accentus diſtinctiuus ſignum attentionis detinendae circa vocem cui apponitur (§. VIII.); et ibi adhibetur, vbi adeſt diſtinctio. Cum

אִמְרוּ בִלְבַבְכֶם | עַל־מִשְׁכַּבְכֶם | וְדֹמּוּ סֶלָה dicite in corde veſtro ſuper cubili veſtro, et ſilete Sela. Pſal. IX, 7. | נוֹקֵשׁ רָשָׁע הִגָּיוֹן סֶלָה impius conſtrictus eſt, meditatio Sela.

**) Sic nimirum in Doctrina Accentuat. Ebr. p. 13. expreſſa eſt: לאמור et סלה *cum praecedente voce nectuntur*, in fine additur, *tamen certis conditionibus praecedens vox disiungitur. Analogia etiam ſaepe obtinet.*

***) Tunc enim a voce praecedente diſtinguuntur v. g. 1) Gen. V, 29. XVII, 3. 2 Reg. XX, 2. 4. 2) Pſal. XXIV, 6. LXXXIX, 46.

†) v. g. Gen. XVIII, 15. וַיֹּאמֶר לֹא et dixit non ita eſt. XXIV, 4. וַאֹמְרָה שְׁתֵה et dixit bibe. Iudic. III, 19. VII, 15.

Digitized by Google

Cum vero poſt eiusmodi dictum ſigni attentionem noſtram ad illud ſeorſim non detinemus, ſed ad ſequentem vocem cum illa ſtatim progredimur; poſt ſignum dicti אמר, quod ſequitur vox integrum orationis membrum efficiens, non adhibetur diſtinctio, adeoque connexio ibi eſt admittenda.

§. XXXXI.

Non a poſteriori ſolum conſtat, multa ab hominibus in affectu vehementiori conſtitutis fieri extraordinaria, ſed a priori etiam illud probari poteſt. Nam pro diuerſitate partium fluidum in corpore humano ingredientium iſtiusque commotione variae ſunt hominum propenſiones et actiones. Fluidum igitur in corpore humano tanquam determinans, et actiones tanquam determinatum, ſpectari poſſunt. Et quoniam in affectu vehementiori magna vehemensque fluidi commotio eſt, facile etiam concipi poterit; quod plurima praeter ordinem in iſto ſtatu futura ſint; nam poſito determinante diuerſo ponitur etiam determinatum diuerſum. Hinc *conſuetas pronunciandi leges et ordinariam vocum relationem per affectum vehementiorem et in emphaſi violari* mirum haud eſt. Cumque illud, quod repraeſentationem relationis partium orationis pro affectu determinandae exhibet, dictamen rhetoricum vocetur (§. XXXV.); *ex dictamine rhetorico dijudicandum erit,* cur

1.) DVAE PLVRESVE VOCES INSTAR VNIVS PROFERANTVR, ††) et e contrario VNA VOX IN-

††) Cuius connexionis ſignum eſt *makkeph*, v. g. Gen. XX, 5. וְהִיא־גַם־הִיא et illa etiam ipſa. Exod. IV, 7. הִנֵּה—שָׁבָה ecce reuerſa eſt. Pſalm II, 1. יֶהְגּוּ־רִיק meditantur inane; de quo Makkeph pluribus confer ſupra §. XXIII.

INSTAR DVARVM INTERIECTA QVASI MORVLA PRONVNCIETVR. †††).

II.) VOCATIVVS VERBO PRIMAE PERSONAE *) AVT VOCI PROXIME PRAECEDENTI VEL ETIAM SEQVENTI ADHAEREAT. **)

III.) CONIVNCTIO CVM DISTINCTIONE, ET DISTINCTIO MINOR CVM MAIORE PERMVTENTVR SIVE TRANSPONANTVR. ***)

§. XXXXII.

Ebraeos atque Chaldaeos tam accurate diſtinguere, vt non plures duabus immediate per ſeruum vnquam coniungant voces, omnes ferme accentuum doctores affirmant. Sed demonſtrationem regulae iſtius nondum vidi. Sicut igitur regularum ante traditarum probationem dedimus, ita quoque noſtrum erit, vt hoc etiam principium nunc demonſtremus, ſi nomen ſcientiae accentuationi tributae (§. X.) defendere velimus: cognoſcimus vero veritatem propoſitio-

 nis

†††) Hoc fit, quando in vnica voce dominus cum ſeruo ſuo quin plures domini apparent. Qua de re exempla ſuppeditantur in Exercitat. IV. ſtatim ab initio.

*) v. g. Geneſ. XLVIII, 19. יָדַעְתִּי בְנִי noui mi fili. Cap. XLIX, 18. קִוִּיתִי יְהוָה *ſalutem tuam* expecto o Jehoua.

**) v. g. 1.) Geneſ. XXII, 7. הִנֶּנִּי בְנִי ecce adſum mi fili. Deut. XXXII, 1. הַאֲזִינוּ הַשָּׁמַיִם auribus percipite coeli, וְתִשְׁמַע הָאָרֶץ et audi o terra coll. §. 53. II. Int. 2) Geneſ. XXIII, 15. אֲדֹנִי שְׁמָעֵנִי mi domine audi me. Pſalm II, 10. הַשְׂכִּילוּ מְלָכִים o reges animaduertite.

***) Exempla huius rei iam adfuerunt ſupra in §. XXXII. Membr. III. et ipſam transpoſitionem plenius exponunt FRANKIVS in Diacrit. ſacr. Part. II. Theſ. 17. p. 114. ſqq. et ALOSSIVS in Diſſ. de transpoſitione accentuum.

nis iſtius, non plures duabus immediate per ſeruum coniunctae ſunt voces, partim a poſteriori, vti in Scholio I. oſtendetur; partim eam a priori probare, et oſtendere poſſumus, hanc diſtinguendi rationem apud Ebraeos accurationi eſſe tribuendam. Ita vero haec demonſtratio inſtitui poteſt, vt aſſumatur et praemittatur, quasdam eſſe propoſitiones ex tribus tantum vocibus conſtantes, quales in Scholio II. ſuppeditantur, in quibus praeter ſubiectum nudum aut praedicatum aliae inueniuntur cogitationes alterutri iſtorum additae, *adiectiones* ideo in Logicis vocatae, quae ad ſubiectum aeque atque ad praedicatum haud raro referri poſſunt. Exinde concluditur, ſtigmologiam perfectam ſiue aptam interpungendi rationem requirere, vt in eiusmodi propoſitionibus ſignum interpunctionis adiici debeat, ex quo appareat, vtrum adiectio iſta intermedia cum ſubiecto an vero cum praedicato connectenda ſit. Hoc deinde ad accentus Ebraicos applicatur, et quod in propoſitionibus nominatis neceſſario fieri debet, ad aequalitatem in conſecutione accentuum obtinendam in omnibus reliquis ex analogia etiam aſſumitur, prouti in Scholio III. vberius oſtendemus.

I.) Regula mox adducta *principium auulſionis conſtructionum continuatarum* cognominari poteſt, et a poſteriori ita probatur, quod experientia doceat, nullibi ſub imperatoribus, regibus et ducibus, exceptis vicariis et legatis, plures ſub domino ſerui quam vnus occurrant. Sub comitibus enim nil niſi ſerui amplius occurrunt, et in eorum ditione modo determinandum eſt, quinam ex ſeruis in ſecunda, tertia, quarta et reliquis vocibus veniat, nulla diſtinctionis aut coniunctionis ratione anxie habita (§. XXXI.). Adeoque concurſus plurium ſeruorum immediate ſe ibi inſequentium non poteſt obiici. Nec opus fuit noua diſtinctiuorum claſſe ſub comitibus, quia in minimis illi iam occurrunt diſtinctionibus, ſub quibus nouae momenti cuiusdam diſtinctiones haud inueniuntur. Sunt quidem, qui nouam poſt comites, ideoque quintam diſtinctiuorum claſſem

in

in proſaicis aſſumunt, quosque *Barones* vel *Nobiles* vocant *); ſed quid de noua hac claſſe ſit habendum, contra C. SANCKIVM docet C. B. MICHAELIS **) his verbis: *Da er aber nicht darzuthun vermag, daſs dieſe Pſikati accentus, oder angegebene Edelleute, eben ſo ordentlicher Weiſe vnter den Grafen, als dieſe vnter den Hertzogen, die Hertzoge aber vnter den Koenigen, vnd dieſe vnter den Kayſern ſtehen, ſondern vielmehr dieſelbe bald von Kayſern vnd Koenigen, bald von Hertzogen und Grafen in der conſecutione accentuum vnmittelbahr abhangen, vnd vnter denſelben ſubdiſtinguiren; ja mannichmal wo das Pſik nur auf eine diſtincte Ausſprache der Worte gerichtet iſt auch blos den coniunctiuum valorem behalten; ſo iſt dieſe fünſte Claſſe derer Diſtinctiuorum wider die in proſaicis ſo ordentlich gefaſte ſubordinationem diſtinctiuorum, ſie macht auch die conſecutionem accentuum eher ſchwerer als leichter; confundiret das Pſik euphonicum mit dem Pſik diſtinctiuo, mithin das Pſik arbitrarium ſeu contingens mit dem neceſſario (dergleichen Pſik neceſſarium vnd diſtinctiuum in der compoſitione der beyden proſaiſchen Accenten* ‹ und ‹ *zu finden*), *vnd multipliciret vnnöthiger Weiſe die Entia diſtinctiua.* Quibus rationibus nouum ex indole linguae Ebraeae deſumtum argumentum addi poteſt h. m. Aut indoles linguae Ebraeae requirit, vt plures quatuor conſuetis claſſibus admittantur, aut non. Si prius verum eſt, alia diuerſa et clariora ſigna inuenire accentuum auctor aut non potuit aut non voluit. Quod non potuerit nemo facile adſeret. Ergo aſſumere debet, eum illud non voluiſſe. Sed hoc ſapientiae auctoris in vniuerſa accentuum doctrina alioquin ſatis conſpicuae repugnabit. Ergo Ebraeae linguae indoles plures diſtinctiuorum claſſes non requirit. Doctrina vicariorum et legatorum ſub ducibus, eorumque exempla in Exercit. III. ſeorſim tradentur; exempla vero in quibus ſub Athnach Segolta et Sakephkaton duo ſerui munach, quorum vnus loco ſubdiſtinctiui eorum adhibetur, occurrunt, ſunt 1.) ſub *atnach* Exod. III, 4. XII, 39. Num. XXII, 36. Deut.

*) In quorum numerum inter recentiores referendus eſt I. C. SPEIDELIVS vid. eius Commentar. in accentus Hebraic. p. 49. et 91. et qui eum ſequitur C. SANCKIVS in germanica ſua inſtitut. accentuum Ebraeorum p. 12. et 118. ſeqq.

**) vide eius praefationem Elementis Accentuationis Ebraicae a filio ipſius I. D. MICHAELIS germanice conſcriptis praemiſſam §. VI. p. 10. 11.

Deut. XXXI, 23. 1 Sam. XVII, 39. XXVIII, 13. 2 Sam. XII, 19. 1 Reg. XXI, 16. 2 Reg. I, 4. XI, 1. Amos III, 8. licet codices nonnunquam, in primis Deut. XXXI, 23. et 1 Sam. XVII, 39. varient. 2) Sub *Segolta* Gen. III, 14. XXII, 9. XXVI, 28 XXXVI, 39. Exod. XVI, 29. XXVIII, 27 XXXV, 35 XXXIX, 20. Leuit. IV, 31. VIII, 31. XVII, 5. Num. V, 27. Deut. VI, 2 VIIII, 21 XII, 1. 21. XIV, 23. XXVII, 2. Iof. IV, 8. XXIII, 16. Iud. XV, 6. 1 Sam. VI, 4. XI, 7. XXVI, 5. XXX, 22. 2 Sam. V, 20. 1 Reg XII, 26 31. XXII. 6. 2 Reg. VIII 5. XVI, 14. Ief. VIII, 23. Ier. XLIV, 25. Ezech. XXXV, 12. XLII, 13. XLVI. 19. Ioel II, 20. Amos IX, 14. Ruth. IV, 4 Ecclef. VIII, 14. Efth. II, 9. V, 14. Dan III, 26. Efr. V, 14. VI, 5. Nehem. III, 15. IX, 32. 1 Chr. XIV, II XXI, 12. 2 Chr. XIV, 7. XVIII, 5. XXVIII, 5. XXX, 24 XXXIV. 33. 3.) Sub *Sakeph katon* Gen. III, 12. IV, 11. XIV, 24. XV, 4. XX, 13. XXVII, 45. XXVIII, 20. XXIX, 19. 27. XXXIII, 1. 11. XLII, 7. XLV. 22. 27. Exod. IV, 8. 9. V, 2. XII, 13. XVI, 16. 23. 32 XVIII, 8. XX, 21. XXV. 2. XXIX, 33. XXX, 33. XXXII, 35. XXXIII, 1. XXXVI, 2. Leu. IX, 5. XV, 10. 26. XVIII, 30. XX, 21. Num. VII, 3. X, 29. XIII, 32. XVIII, 8. 9 XXII, 13. XXX, 5. Deut. I, 17. 23. V, 25. VIII. 9 XVI, 2. XVII, 10. XXVIII, 6 68. Iof. II, 18. III, 12. VI, 17. VII, 3. 14. VIII, 24. IX, 13. XIV, 8 10. XVII, 15. XXII, 2 Iud. II, 20. IX, 24. XV, 14 XVI, 17. 1 Sam. II, 24. III, 17. X, 2. 24 XI, 8. XVI, 4 XX II, 22. 23. XXVI, 5. XXVIII, 9. XXIX, 4. 8 2 Sam. III, 36. VIII, 2. XVII, 11. 12. XIX, 1. 20. XXI, 8. 1 Reg. III, 28. VIII. 29. IX, 7. 19. 25. XI, 11. 32. 34 38. XII, 8. XIII, 11. XIV, 22. XVI, 22. XXII, 32. 2 Reg. III, 14 IX, 15. X, 33. XVI, 15. 27. 34. XXI, 16. XXIII, 12 15. Ief. VII, 18 LV, 11. Ier. II, 28. VII, 12. 23. VIII, 3. 8. XVII, 4. 5. XVIII, 1. XXVI, 8. XXX, 1. XXXII, 31. XXXIV, 19 XXXIX, 9. XLVI. 13. LI. 47. Ezech. II, 10. IV, 4. IX, 3. XI, 7. XVI, 17. 20. 23. 37 XVIII 31. XXII, 19. XXIV, 6. XXXII. 17 XXXVI, 4. XXXVII, 23. XL, 49. XLIII, 23 XLIV, 10. XLVI, 18 XLVII, 13. Hof. II, 15. Zach. I, 10. II, 2. III, 7. Iob. I, 3. Thren. II, 17. Ecclef. II, 10. I. I. 19. VII 18. VIII 17. Efth. II, 12. IV, 5. V, 8 11. VII. 8. Dan IX, 7. X, 1. Nehem. I, 6. II, 17 V, 5. VII, 10. IX, 17 1 Chron. XI, 2. XXVII, 14. 2 Chron. I, 12. II, 5. VI, 34. X, 3. X V, 7. XXII, 6.

Digitized by Google

XXII, 6. XXX, 8. XXXIV, 21. Quibus addi poſſunt Geneſ XXXVI, 31. 1 Sam. XXVIII 15. 2 Reg. XV, 25. Zeph. III, 11 in his enim quatuor exemplis ſub *ſakeph katon* ſeruum ſuum munach in eadem voce ſecundum quosdam codices ſecum habente in ſecunda voce iterum eſt munach, cum tamen alias hoc in caſu minor ſemper et vbiuis adhiberi ſoleat.

II.) Quatuor tantum exempla de illis, quarum mentionem fecimus, propoſitionibus hoc loco adiiciemus. I.) Habak. II, 4. in vocibus וְצַדִּיק בֶּאֱמוּנָתוֹ יִחְיֶה *et iuſtus per fidem ſuam viuet*, vox media tam ad ſubiectum quam ad praedicatum referri poteſt. Priori modo propoſitio ita foret concipienda, vt de ſubiecto *qui iuſtus eſt per fidem ſuam* enunciaretur, quod victurus ſit: altera vero ratione ſubiectum nudum eſt *iuſtus*, de eoque praedicatur *ex fide ſua viuet*. Neglectis igitur accentibus relationem adiectionis cum certitudine cognoſcere non poſſumus. Licet enim verba iſta in nouo teſtam. citentur, ***) ex inde tamen nihil auxilii deſumi poteſt, ſiquidem in Graecis eadem interpunctionis ſigno deſtituuntur. Vnde etiam varii auctores varie vocis iſtius relationem inſtituerunt, *) cum tamen per accentus vox באמונתו ad ſubiectum ſit referenda. II.) Ieſ. XI. 1. in vaticinio illo egregio de Meſſia noſtro inter alia haec occurrit propoſitio נֵצֶר מִשָּׁרָשָׁיו יִפְרֶה ſurculus e radicibus eius efflorescet, in qua vox media ſiue adiectio iterum ad ſubiectum aeque ac ad praedicatum neglectis accentibus referri poteſt. Sed ex accentibus certo cognoſcitur, quod adiectio illa non ad ſubiectum ſed ad praedicatum pertineat, et ob accentuationem monente VARENIO in commentar. ad h. l. verba totius commatis non ita poſſunt reſolui: Virga, quae eſt ex trunco Iiſchai, illa procedet: *et ſurculus, qui eſt ex radicibus Iiſchai, effloreſcet*, ſed illius efflorescentiae et egreſſionis immediatus terminus ſeu ſubiectum ponendum eſt *truncus* et *radices Iiſchai*. III) Deut. XXVI 5 verba אֲרַמִּי אֹבֵד אָבִי diuerſimode exponuntur **). Sed quia אבר

ſigni-

***) vid Rom I, 17. Galat III, 11. Ebr X, 38.

*) conf G. C. DACHSELII Biblia accentuat. ad h. l. pag 530 et G. S. DOERFELII Tirocinium accentuat. §. 35.

**) conf DACHSELIVS l. c. p. 331. MATTH. POLVS in ſynopſi Criticorum ad h. l. p. 786. Edit. Francof. IAC. RAVPIVS in Lexico theolog. ſub voce *ſyrus* p. 732.

ſignificationem tranſitiuam in Kal non admittit, eorum interpretatio, qui verba iſta reddunt *ſyrus perſequebatur patrem meum*, deſerenda et vox אֹבֵד *periens* ſiue *miſer* vertenda eſt. Sic vero iterum habemus propoſitionem, in qua vox media, neglectis accentibus, tam ad ſubiectum quam ad praedicatum referri poteſt. Qui vocem iſtam cum ארמי combinant, propoſitionem vertunt, *Syrus periens* ſ. *miſer erat pater meus*, germanice *mein Vater war ein armer elender Syrer.* Qui cum voce אבי adiectionem iſtam coniungunt, transferunt comma iſtud *Syrus erat periens* ſ. *miſer pater meus*, germanice *Ein Syrer* oder *in Syrien war mein armer elender Vater.* Et pro hac vltima translatione, accentibus conuenienie ſenſus eſſet, Iacobum ſtirpis Iraeliticae patrem nullus praeſidiis humanis ſuffultum et exitio proximum (Prou. *XXXI*, 6. Iob. *XXIX*, 13) ſolum baculum Jordanum tranſeundo habuiſſe, ac praeterea peregrinum in Chaldaea, Syrum ſcilicet, fuiſſe, ſiquidem ibi per viginti annorum interuallum Labano praeſtiterit, ſeruitium. Quae omnia ex obſeruatione RAVPII ***) eo tendunt, vt oſtendatur, filios Iſrael accepiſſe terram ſanctam ſolo Dei dono, atque beneficentia diuina erga eos exaggeretur collatione miſeriae, quam Jacobus et maiores ipſorum in AEgypto deuorare neceſſe habuerunt. Sic etiam IV.) Pſalm *XVII*, 15. in verbis אֶשְׂבְּעָה בְהָקִיץ תְּמוּנָתֶךָ vox media tam cum prima quam cum tertia connecti poteſt, et pro diuerſa iſta relatione diuerſus oritur ſenſus *). Si vox בהקיץ cum tertia coniungitur, *ſaturabor, cum euigilauero ad imaginem tuam*, tunc indicatur tempus expectatae ſaturitatis, prouti hoc Graecae et vulgatae verſioni, itemque Luthero, Caſtalioni, Pagnino aliisque placuit. Sin autem vox iſta cum praecedente אשבעה connectitur, *ſaturabor poſt euigilationem* (§. 88. III. Interpr. Danz.) *imagine tua*, tunc indicatur medium ſaturandi quod Targum, AbenEſra, Jarchi, itemque Geierus, Oſiander, Hackſpan aliique aſſumunt, et accentus requirunt.

III.) Quando propoſitiones occurrunt, quae tribus tantum vocibus conſtant, quarum media tam ad praecedentem quam ad ſequentem vocem

*) conf. DACHSELIVS l. c. p. 682. et IOANNIS FRANKII Diacritica ſacra P. II. Axiom. I. §. 238. p. 139.

cem referri poteſt, ſtigmologia perfectior ſiue apta interpungendi ratio requirit, vt quoddam ibi interpunctionis ſignum adnci queat, ex quo appareat, vtrum adiectio iſta cum primo an vero cum tertio vocabulo connecti debeat. Sed apud Ebraeos interpunctionum vices ſubeunt accentus, et per hoſce ordinantur ad ſe inuicem ideae atque orationis partes, iidemque docent, quae ad ſubiectum vel ad praedicatum in ſimplici propoſitione et quae ad antecedens quaeue ad conſequens in propoſitione compoſita referendae ſunt voces (§. *XXIII.*). Ergo accentuum Ebraicorum conſecutio ita debuit eſſe inſtituta, vt inter tres voces immediate licet nexu grammatice connexiles, vna, quae lectionis ratione vel prima vel ſecunda, et a ſequente voce ſeparanda eſt, diſtinctionis ſigno notari queat (§. *X.*). Et quoniam ſigna diſtinctionis terminorum in oratione obuenientium *accentus diſtinctiui*, vel *domini* late ſumti, appellantur (§. *VIII.* et *IX.*), et diſtinctiui illi, qui ſub alio qui maior eſt iſtis *ſubdiſtinctiui* in ſpecie vocantur (§. *XXV.*); ſubordinatio diſtinctiuorum ita quoque comparata fuerit neceſſe eſt, vt in ditione domini cuiusdam tribus vocibus conſtante ſub eodem intra tres iſtas voces ſubdiſtinctiuus collocari queat. Cum igitur in accentuatione proſaica imperatores pro ſubdiſtinctiuis ſuis habeant reges, reges vero duces, et duces tandem comites (§. *XXV.*), ſeruusque voci, quae cum altera cohaeret adiiciatur (§. *IX.*); in propoſitionibus ſupra nominatis ſub ditione imperatorum, regum aut ducum (ſub comitibus enim nil niſi ſerui poni poſſunt vide Schol. *I.*) voces vna plures per ſeruum cum aliis connecti non debent. Hinque factum eſt, vt Ebraei, ad aequalitatem in conſecutione accentuum obtinendam, ex analogia generatim nullibi, niſi ob nouam rationem interuenientem, ſub imperatoribus, regibus et ducibus, plures vna voce continuo actu per ſeruum iungant ſequenti.

§. XXXXIII.

Si quis voces ſecundum regulas dictaminis grammatici et rhetorici tantum conſiderat, ſaepe deprehendet voces plures immediato nexu cohaerentes (per Experient.). **)

Cum

**) Sic v. g. 1 Reg. II, 12. ושלמה ישב על־כסא דוד אביו *et Salomo ſedit in ſolio Dauidis patris ſui*, omnes quinque voces ſunt connexiles inter ſe nexu imme-

Cum autem Ebraei atque Chaldaei non plures duabus immediate coniungant voces (§. XXXXII.); accentuatoris eſt, vt in continuata conſtructione iterum diſtinguat, vsque dum non plures duabus immediate amplius cohaereant voces. SVNT vero IN eiusmodi CONTINVATIS CONSTRVCTIONIBVS prae aliis tunc COMBINANDAE

I.) VOCES EIVSDEM NATVRAE, quales ſunt

1.) *Duo nomina adiectiua ad vnum idemque ſubſtantiuum vel pronomen relata* ***).

2) *Duo nomina ſubſtantiua in eadem propoſitione per Vau connexa et aequa ratione cum verbo ſuo conſtructa* *).

Obſeruandum vero eſt, quod nomina duo ſubſtantiua regimini ſuo vel verbo, aut duo adiectiua ſubſtantiuo ſuo poſtpoſita modo coniungantur modo ſeparentur, prouti rerum iſtis expreſſarum indoles requirit, v. g. a) Eſth. *I*, 14. 1 Sam. *I*, 16. b) Ierem. *V*, 17. Deut. *XXI*, 2. c) Deut. *IX*, 1. *XXVIII*, 59.

3.) *Duo verba in vna propoſitione per Vau connexa idem nomen vel pronomen reſpicientia.* **)

II.) VO-

immediato, nam vox ratione lectionis prima cum ſecunda, et ſecunda cum tertia tanquam caſus nominis cum verbo ſuo cohaerent (§. XXXIX, Membr. III.) tertia cum quarta per regimen et quarta cum quinta per oppoſitionem connectuntur (§. XXXVIII. Membr. I. et II.) vide etiam Gen. II, 12. Gen. IV, 1. 12. 1 Reg. XI, 27. etc.

***) v. g. טוֹב וְיָשָׁר יְהוָֹה bonus et rectus eſt Jehouah. Deutr. XXXII, 4. צַדִּיק וְיָשָׁר הוּא iuſtus et rectus eſt ille. Gen. V, 28.

*) Geneſ. V, 2. זָכָר וּנְקֵבָה בְּרָאָם maſculum et feminam creauit. Ioſ. XIX, 2. קָנֶה וָסוּף קָמֵלוּ arundo et alga languent.

**) Ieſ. XXVIII, 24. יְפַתַּח וִישַׂדֵּד אַדְמָתוֹ ſulcabit et arabit terram ſuam. Gen. XXVIII, 12. עֹלִים וְיֹרְדִים בּוֹ aſcendebant et deſcendebant in illa.

II.) VOCES RESPECTVS POTIORIS, quales ſunt

1.) *Duo nomina in regimine poſita.* ***)

2.) *Duo nomina per appoſitionem coniuncta.* *)

3.) *Adiectiuum cum ſubſtantiuo conſtructum* **), quorſum etiam pertinent,

4.) *Duo numeralia eiusdem ordinis, ad nomen, tanquam numeratum ſuum, relata.* ***)

5.) *Infinitiuus tempori finito eiusdem radicis additus.* †)

In continuatis enim conſtructionibus iſtae prae aliis combinandae erunt voces, quae ad eandem propoſitionis partem pertinent, et per quas vnica tantum idea determinata efficitur. Propoſitionum partes praeter copulam, plerumque in verbis latentem, ſunt ſubiectum et praedicatum. Si igitur duo nomina per Vau copulata vnum idemque verbum reſpiciunt, iſta duo nomina conſtituere poſſunt ſubiectum, verbum autem efficit tunc praedicatum incluſa copula; aut ſi in verbo includitur ſubiectum, duo nomina

***) v. g. Gen. I, 28. וּרְדוּ בִּדְגַת הַיָּם et dominamini in piſces maris. Prou. XXII, 17. שְׁמַע דִּבְרֵי חֲכָמִים audi verba ſapientum.

*) v. g. 2 Sam. III, 18. הוֹשִׁיעַ אֶת־עַמִּי יִשְׂרָאֵל ſeruauit populum meum Iſraelem. Gen. XIII, 8. אֲנָשִׁים אַחִים אֲנָחְנוּ viri fratres ſumus.

**) v. g. Ierem. XXII, 9. וַיִּשְׁתַּחֲוּוּ לֵאלֹהִים אֲחֵרִים et incuruarunt ſe Diis alienis Num. XV, 10. תַּעֲשׂוּן אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה facietis rem hancce.

***) v. g. Geneſ. VII, 20. חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה אַמָּה quindecim cubiti. Gen. V, 28. שְׁתַּיִם וּשְׁמֹנִים שָׁנָה duo et octoginta anni.

†) v. g. Ieſ. XXIV, 19. פּוֹר הִתְפּוֹרְרָה אֶרֶץ grauiſſime contereretur terra. Ier. XLIV, 25. עָשֹׂה נַעֲשֶׂה אֶת־נְדָרֵינוּ certiſſime perficiemus vota noſtra.

verbum iſtud reſpicientia obiectum actionis verbo expreſſae conſtituere poſſunt. Atque ſic in vtroque caſu ad eandem propoſitionis partem pertinent. Adiectiuum ſubſtantiuo praemiſſum verbum ſubſtantiuum includit (§. III, 2. Interpretis Danz.). Si igitur duo adiectiua ſubſtantiuo praeponuntur, praedicatum propoſitionis conſtituunt, et ſubſtantiuum efficit ſubiectum. Ergo duo iſta adiectiua etiam ad eandem propoſitionis partem pertinent. Voces, ad eandam propoſitionis partem pertinentes, dicuntur *voces eiusdem naturae.* Ergo *voces eiusdem naturae prae aliis connectuntur, ad easque tres iſti mox nominati caſus referendi ſunt.* Nomina in regimine et appoſitione poſita, itemque adiectiuum cum ſubſtantiuo vnam ideam determinatam conſtituunt (§. XXXVIII.). Sic etiam duo numeralia eiusdem ordinis efficiunt vnicum numerans, nomen vero ad quod referuntur eſt numeratum ſiue res quae numeratur, et infinitiuus tempori finito additus certitudinem vel augmentum actionis verbo indicatae tantum exprimit. Ergo duo quoque numeralia eiusdem ordinis et infinitiuus finito tempori additus vnam ideam determinatam conſtituunt. Voces vnam ideam determinatam efficientes dicuntur *voces reſpectus potioris.* Ergo *voces reſpectus potioris prae aliis connectuntur, et ad illas quinque caſus nominati pertinent.*

III.) SI NEXVS AEQVALIS EST, TVNC NEXVS POSTERIORVM SOLET ESSE ARCTIOR ††). Quodſi enim voces in conſtructione continua progrediun-

††) v. g. Gen. X, 24. וְאַרְפַּכְשַׁד יָלַד אֶת־שָׁלַח Et Arpachſchath generauit Salachum. Hoſ. VI, 3. כְּמַלְקוֹשׁ יוֹרֶה אָרֶץ ſicut pluuia ſerotina irrigabit terram. Sic etiam Gen. IV, 40. קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ vox ſanguinum fratris tui. Gen. XLV, 27. רוּחַ יַעֲקֹב אֲבִיהֶם ſpiritus Iacobi patris eorum.

diuntur, ad vltimam ideam noua plerumque accedit determinatio; adeoque poſteriores voces magis ad vnam determinationem referuntur, magisque connectuntur quam reliquae. Et quia etiam attentio noſtra circa res nobis praeſentes tam diu conſiſtere non ſolet quam circa remotiora, et poſteriores voces ſunt accentuum intuitu priores, priores vero remotiores; etiam ex hoc fundamento *voces poſteriores ordinarie magis coniunguntur.*

§. XXXXIV.

De ideis ac propoſitionibus, harumque ſpeciebus et partibus agit logica; et diiudicatio vocum et propoſitionum, nec non relationis eorum, quae propoſitionem conſtituunt, ad dictamen logicum ſpectat (§. XXXV.). Cum igitur coniunctio vel diuiſio vocum in continuata conſtructione exiſtentium pro indole idearum et partium propoſitionis earundem inſtituenda ſit (§. XLIII.); diiudicatio diſtinctionis in continuatis conſtructionibus ſuſcipiendae ad iudicium logicum praecipue pertinet. Et quia dictamen modo nominatum etiam relationem tam propoſitionum integrarum, quam eorum quae in propoſitionibus occurrunt, exhibere debet (§. XXXV.); dictamen logicum etiam tum diuiſionem propoſitionum a ſe inuicem, ſi plures in commate quodam adſunt, tum diuiſionem ſubiecti et praedicati, eorumque quae his annexa ſunt, intra vnam eandemque propoſitionem, oſtendere debet. Adeoque quantitas ſiue *proportio diſtinctionum ex dictamine logico determinanda erit.* Sicut autem per *proportionem* intelligitur ea diſtinctionum affectio, vt inter plures diſtinctiones vna ſit maior altera; ita etiam proportio iſta eſt duplex, vel intuitu propoſitionum ipſarum erga ſe inuicem, ſi plures vna in commate quodam adſunt, vel intra propoſitionem quamlibet intuitu partium propoſitiones conſtituentium. Iſtam

vocabimus *proportionem primariam*, haec vero dici poterit *ſecundaria*.

§. XXXXV.

Ex indole propoſitionum ipſarum dictamen logicum facile poterit determinare, *quod*

I.) *Proportio primaria ita inſtituenda ſit*, vt

1.) in fine commatis ſiue verſus cuiusdam diſtinctio maior, quam iſtae ſunt quae intra comma illud occurrunt, adeoque omnium maxima, ponatur.

2.) ſi duae tantum in commate quodam adſunt propoſitiones, aut duo membra periodi compoſitae, poſt primam propoſitionem aut antecedens periodi, maxima intra verſum diſtinctio adhibeatur.

3.) in concurſu plurium duabus propoſitionum eae magis diſtinguantur quae rem diuerſam, illae autem tantopere non diſtinguantur, quae rem vel argumentum magis cognatum tractant. Et ſic etiam in periodo compoſita pluribus membris conſtante, iſta membra quae ad vnam eandemque partem periodi, ſcil. vel antecedens vel conſequens, pertinent, non tantopere diſtinguantur, quam vbi alterius partis initium eſt.

Semel hoc loco propoſitionem et periodum aliquo modo a ſe inuicem diſtinximus, ſicut etiam periodus a mera propoſitione logica actu differt; ſed in poſterum propoſitio compoſita et periodus, itemque propoſitio ſimplex cum adiectione quadam et periodus ſimplex nobis erunt vnum idemque, nam de iſto diſcrimine in accentuatione eruditi nimis ſolliciti haud ſunt, ſed maiorem in loquendo accurationem Rhetorices praecepta tradentibus relinquunt, aut ſupponunt.

II.) *Proportio ſecundaria ita fieri debeat*, vt

1.) in fine cuiuslibet propoſitionis maior ponatur diſtinctio quam intra propoſitionem iſtam.

2) in-

2) intra propoſitionem aliquam maxima diſtinctio in confinio ſubiecti et praedicati fiat, adeoque connexa vel adiectiones vnius partis, ſubiecti ſcilicet vel praedicati, non tantam adhibeant diſtinctionem, quam ea diſtinctio eſt, quae poſt haec connexa et inter reliquas alterius partis voces ponenda eſt.

3) termini materiae diuerſae, aliaeque vocum relationes, vt ſunt actio et obiectum, actio et effectus, comparata, contraria, prae aliis magis diſtinguantur.

Solus conceptus ſubiecti et praedicati non ſufficit in determinanda diſtinctione eiusque proportione, nam non partes ſubiecti et praedicati ſolum in oratione interdum ſunt mixtae v. g. Gen. I, 1. Ieſ XXV, 8. ſed etiam ſubiectum cum praedicato nonnunquam eſt coniunctum v. g. Gen. II, 10. Prou. XVI, 18 Hinc regula haec tertia addenda erat. Ne vero regulas dictaminis logici ſine neceſſitate multiplicemus admodum, caſus ſpeciales huc pertinentes ſeorſim enarrare noluimus, ſed termino quodam generaliori in numero hoc 3. incluſimus, quia vnusquisque rite iudicans eosdem facile perſpicere poterit. Interim illos eorumque exempla ſuppeditat FRANKIVS. *) et poſt eum SANCRIVS. **) Sic enim iſte, *vt vero*, inquit, *in ſpecie diſcentes, quo reſpicere poſſint, habeant, praecipuos illos conceptus, quibus hoc negotium dirigitur, explicabo. Si qui praeterea in S. Codice occurrunt, lectoris diligentia, pro cuiusuis arbitrio ſuppleri poterunt. Diſtinguitur vero* 1) ſubiectum et praedicatum. 2) actio et obiectum. 3) actio et eius cauſa vel ratio: cauſa et cauſatum. 4) actio eiusque forma, norma, modus 5) actio eiusque inſtrumenta et media. 6) actio et finis cui. 7) actio et finis cuius. 8) materia et materiatum. 9) actio eiusque effectus vel euentus. 10) actio et terminus. 11) actio et adiunctum loci vel temporis. 12) pondus, menſura, numerus, pretium, ſpatium, aetas etc et res numerata etc. 13) allocutio et obiectum ſ. allocutionis terminus, quocunque caſu

 poſitus,

*) in Diacrit. ſacra Part. II. §. 117 - 140. p. 85 ſeqq.

**) vid. eius vollſtaendige Anweiſung zu den Accent. der Hebr. p. 58. ſeqq.

poſitus. 14) ad aliud relata per אשר, די, ש, ד, item definitum, deſcriptum, explicatum, et ipſa definitio etc. 15) comparata et ſimilia, πρότασις et ἀπόδοσις. 16) generalia et ſpecialia. 17) diuerſae ſpecies. 18) antecedens et ſequens. 19) principale et minus principale ſ. acceſſorium: Perſona et comites ſ. ſocii. 20) oppoſita, pugnantia, contraria. 21) indicium, intimatio, inſinuatio, praeliminaria, ſignum dicti etc. et ipſum dictum aut res indicata ſ. explicata. 22) continens et contentum. 23) ſubiectum in ſenſu diuiſo a praedicato poſitum.

§. XXXXVI.

Sicut cauſa et cauſatum diſtingui debent (§. praec. Membr. II, 3.) ita etiam facile concipi poterit, quod

1.) particulae cauſales כי, יען, למען, על etc. maiori diſtinctione notari poſſint, ſi ſubſequens oratio cauſalis ex pluribus vno membris conſtat. *) Sed e contrario

2.) in verſu quodam adhortationem aut aliam propoſitionem vel effatum quodcunque cum ſuis motiuis vel rationibus longioribus continente, maxima intra verſum diſtinctio poſt primam cauſam poni ſolet **). et

3.) non poſt ſignum dicti v. g. אמר, aut poſt ſignum facti v. g. in propoſitionibus prooemialibus, *et accidit*, *et factum eſt tempore illo*, maxima intra verſum diſtinctio, ſi duae adhuc adſunt propoſitiones, ſed poſt harum primam, collocatur. ***)

Quia

*) v. g. Ieſ. LXI, 1. יען || משח יהוה | אותי ideo vnxit Iehoua me. Exod. X, 1. 2, Deutr. XXVII, 3. Geneſ. II, 17. XXI, 31.

**) Ieſ. LX, 1. קומי אורי | כי־־בא אורך || וכבוד יהוה | עליך זרח ||| ſurge illuminare, (*en adhortationem!*) nam venit lux tua, et gloria Iehouae ſuper te exoritur. Sic etiam Gen. I, 14. effatum diuinum de productione luminum in coelo continetur, cui duplex ratio additur, cur luminaria in coelo eſſe debeant, et poſt primam rationem demum, non vero poſt effatum ipſum, eſt maxima diſtinctio.

**) v. g. Gen. I, 11. 24. 29. Ier. XXXVIII, 17. XXXXII, 2. etc.

Quia enim accentus diſtinctiuus eſt ſignum attentionis detinendae (§. VIII.), maior diſtinctio ibi debet adhiberi, vbi cum attentione noſtra magis ſubſiſtimus. Cum igitur audita exhortatione ſtatim ad motiuum, ſiue rationem eius, noſtram dirigimus attentionem, et tunc rem cum ſua ratione conſideramus (per Experient.); *maior diſtinctio poſt motiuum*, ſi plura eorum adſunt, *quam poſt adhortationem erit ponenda.* Et quoniam etiam circa propoſitionem, in qua eſt ſignum dicti aut facti, non diu ſubſiſtimus cum attentione noſtra, ſed ſtatim ipſum effatum expectamus (per Exper.); etiam hac ex parte orientales ſunt accuratiores occidentalibus, quod *poſt ſignum dicti aut facti non tantam diſtinctionem, quam poſt propoſitionem iſtud ſequentem, adhibeant.*

Quodſi vero

4.) duae iſtae cauſae, ſiue motiua cauſatum ſuum ſequentia, ſint breuiores aut per particulas copulatiuas, cauſales etc. cohaereant, et poſt propoſitionem ſignum dicti continentem adhuc veniat לאמר, aut illud ſequatur longum vel completum; maior ibi etiam apparet diſtinctio. *)

I.) Addunt etiam alii de proportione diſtinctionum intra verſum determinanda tres alias regulas. **) Sed regulis noſtris ad dictamen logicum relatis §. *XXXXIII. XXXXV.* et *XXXXVI.* recte applicatis non opus eſt illis; praecipue cum exempla nimis multa iſtis ſolis adhaerenti ſint contraria. Interim in nonnullorum gratiam iſtas adiicere lubet. Sunt nimirum ſequentes,

α) *earum vocum, quarum quaedam cohaeſerant, quaedam non; quae non cohaeſerant magis diuelluntur, quam quae cohaeſerant.*

β) *vocum quae omnes cohaeſerant, prima* (reſpectu initii verſus) *diſtinctio fit maior, altera minor, et ſic porro.*

γ) ſi

*) v. g. Gen. IV, 8. XIV, 22. XV, 7. Ier. XXXVIII, 10. 16. 19.

**) v. g. DAN. WEIMARVS in Doctr. Accentuat. Hebr. Reg. II. Membr. III. p. 22. ſqq. et C. A. BVTTNERVS in Introduct. ad Accentuat. Ebr. §. 44. 45. 46.

γ) *ſi nullae cohaeſerant voces*, *prima diſtinctio* (reſpectu initii verſus) *ſit minor altera maior, et ſic porro.*

II.) Sic etiam de parentheſi ſpecialis eſt regula, quod *in fine parentheſeos maior plerumque diſtinctio, quam ab initio eiusdem collocetur;* quia parentheſis plerumque antecedentibus iungitur, adeoque in fine eius abſolutior ſenſus deprehenditur. Vt vero hanc regulam cum nonnullis ***) vniuerſaliter exprimamus, tantum abeſt, vt contrarium potius in Diſſertatione *de parentheſi et generatim, et ſpeciatim ſacra* oſtenderimus. ****)

III.) Tandem etiam adhuc duae regulae ex parte iam in Scholio ad §. praec. allatae clarius proponendae ſunt. Quia nimirum

1) apud Ebraeos illud, quod Latini per quoad, qua, quatenus, quod attinet ad, reſtringunt, ſaepe in nominatiuo nude ponitur (§. 180. Interpr.); nominatiuus iſte vocatur ſubiectum in ſenſu diuiſo poſitum, ſi adhuc pronomen vel ſuffixum tam explicitum quam implicitum, illud ſubiectum reſpiciens ſequitur. Cum igitur eiusmodi ſubiectum efficiat πρότασιν, et reliquae voces ἀπόδοσιν periodi cuiusdam; *ſubiectum in ſenſu diuiſo poſitum maiorem requirit diſtinctionem* (per §. XLV. Membr. I, 2.). *)

2) tituli ſiue inſcriptiones breues non ſenſum principalem nec adeo abſolutionem continent; *breues tituli librorum vel capitum adeoque* et Pſalmorum *maiorem diſtinctionem non accipiunt.* **)

§. XXXXVII.

Signum coniunctionis vocum eſt ſemicirculus iſtis ſuperimpoſitus h. m. ⌒ ſed *diſtinctionis ſignum* eſt linea perpendicula-

***) v. g. BVTTNERO l. c. §. 41. itemque BECKIO, DACHSELIO, DOERFFELIO, I. D. MICHAELIS, ANDR. REINBECK, SANCKIO, WASMVTH, WEIMARO, WOLLIO, quorum loca vide in Diſſ. noſtra de parentheſi p. 31.

****) conf. §. 27. §. 29. et ſeqq.

*) v. g. Gen. IX, 9. ואני ||| הנני מקים | את־בריתי || אתכם |||| Et quod attinet ad me, ecce ego erigam foedus meum vobiscum. Gen. XVII, 4. Ioſ. XXIII, 9. Ieſ. LVI, 18. LIX, 21.

**) v. g. Pſ. XXV, XXVI, XXVII, XXVIII, XXXIV, XXXV, Ier. XLVIII, 1.

cularis inter voces erecta h. m. |. Quibus praemiſſis totus accentuationis a priori proceſſus ope regularum hactenus traditarum (§. XXXVII. ſeqq.) ſine difficultate nunc perfici poteſt, ſeruato hoc ordine,

I.) praeter lineolas makkeph de vero ac ſufficienti ſenſu cuiuslibet verſus accentibus inſtruendi ſis ſollicitus (§. XXXIII. Schol. II.), eumque proinde ex lingua Ebraea vel Chaldaica in vernaculam aut aliam tibi cognitam transfer.

1.) Si igitur pericopam quandam Ebraeam extra Biblia ſacra analogiae accentuationis biblicae conuenienter accentibus inſtruere velis, lineolas makkeph interdum ſecundum §. XXIII. Schol. I. appone, et limites verſuum conſtitue, prout tibi ſpecimen quoddam in commentatione noſtra *de Nuptiis Ebraeorum* per Caput X. Tractatus MAIMONIDIS de matrimonio ſuppeditauimus.

2) Quod ſi vero verſus analogiae biblicae reſpondentes conſtituere velis, tam ad materiam quam ad formam eorum attende, et obſerua ſequentia. Minimam verſus quantitatem, ſi voces per makkeph copulatae ſeorſim numerantur *), efficiunt 3. voces, cuius quantitatis exempla quatuordecim a Maſora ad Exod. XXVIII, 3. annotantur **); nihil vero circa Num. XXVI, 11. Maſora monuit, vbi duae tantum voces in verſu deprehenduntur, quarum quaelibet cum alia voce per makkeph cohaeret. ***) Sed maxima verſus quantitas eſt 40. vocum in 5. locis Ier. XXXVIII, 4. Dan. III, 15. V, 23. VI, 13. Eſth. III, 12. 42 vocum Ier. XXI, 7. 2 Reg. XVI, 15. Eſth. IV, 11. et 43 vocum Eſth. VIII, 9. licet trium vltimorum exemplorum Maſora non fecerit mentionem. Quod ad formam attinet monen-

N te

*) Per hanc determinationem contradictio apparens inter auctores quosdam ſolui poteſt. Vide I. G. ABICHT Accentus Hebraeorum p. 26. THOM. BOSTON in Tract. ſtigmol. Part. II. cap. I. p. 86. I. FRANCK in Diaerit. ſacr. p. 64. 65. WASMVTH in Inſtit. Accent. p. 73. CHRISTO. SANCKIVS l. c. p 92.

**) conf. BVXTORF in Tiberiade p. 121. vbi tamen loco Geneſ. V, 6. legendum eſt Gen XXV, 4.

***) Nonnulli tamen codices vnum Makkeph non agnoſcunt. Vid. BLOSSIVS in Diſp. de Rhet. Ebr. L. compoſitione Sect. 3. §. 4.

Digitized by Google

te FRANKIO ***), verſus, Ebraeis פסוקים dicti, ita fiunt, vt, licet ſemper plenam periodum non conſtituant, nec ſenſum abſoluant, diſtinctos tamen conceptus comprehendant. Ordinarie quidem et ſaepius verſus reſpondet periodo Latinorum, vt comprehendat 1.) vnam propoſitionem ſenſum completum ſiſtentem, vel 2.) duas aut plures propoſitiones ita ſeſe reſpicientes, vt ad ſenſum plenum illarum connexio requiratur. 3.) Interdum duae vel plures periodi breuiores, quae ſingulae ſenſum plenum habent, vni Paſuko includuntur. Sicut vero e contrario ea, quae ita cohaerere videntur, vt vnam periodum conſtituant, 1.) ob nimis prolixam vocum connexionem, 2) ob parenthefin, 3) ob emphaſin, in plures verſus diſtrahuntur; ita etiam, cum inaequales periodi ſeſe ſequantur, vna, quae prolixior eſt, diſtrahitur, et alteri eius parti, ſiue priori ſiue poſteriori, periodus altera breuior iungitur.

II.) Diuide verſum in ſuas, quotquot continet, propoſitiones vel periodos, notato cuiuslibet fine memoriae iuuandae cauſa per duas lineolas perpendiculares. §. XLVII.

III.) Percurre quamlibet propoſitionem aut periodum, et perpende voces ſingulas immediate ſe inuicem ab initio ad finem ſequentes, vtrum cohaereant, an non? ſecundum §. XXXVII - - XXXXI.

IV.) Diſpice ne plures duabus voces immediato nexu coniunctae maneant (§. XLII.), et in continuatis conſtructionibus vocum eiusdem naturae et reſpectus potioris rationem habe (§. XLIII.). Atque ſic inuentis et notatis per lineam perpendicularem diſtinctionibus,

V.) Determina proportionem propoſitionum (§. XLIV.) tam primariam quam ſecundariam (§. XLV.), maiores diſtinctiones per plures lineolas indicando.

Numerus linearum in fine apponendarum certo quidem vbiuis aſſignari non poteſt; interim tamen ad numerum propoſitionum reſpiciendum eſt, et in verſibus propoſitiones nimis longas non continentibus ordinarie ſufficient lineae, numerum propoſitionum, quoad vnicam

***) vide eius Diacriticam ſacram p. 65. et 66.

vnicam lineam, ſuperantes. Sin autem intra verſum tot lineae iam requiruntur, quot in fine aut in alio loco maiori diſtinctione notando adſunt, tunc proportionaliter augendae ſunt lineae.

VI.) Ipſos accentus, et diſtinctiuos quidem vocibus per lineolas diuiſis, ſed proportioni lineolarum iſtarum conuenientes, ſeruos autem vocibus connexis, adiice, iſtos ex §. XXIX. XXX. XXXI. et XXXII. hos ſecundum §. XVIII. et XIX. initio huius appoſitionis ſemper a fine verſus facto.

In fine verſus ſemper adhibetur Silluk cum Soph Paſuk; ſed in apponendis reliquis accentibus duo adhuc ſunt notanda, quorum

1.) primum eſt, quod in ponendis dominis relatiuis (§. XXV.) illud ſemper obtineat, vt accentuator, quinam ſubdiſtinctiui ſint collocandi, a proxime praecedente diſtinctiuo maiori, ſiue eorum domino, diiudicare debeat.

2) alterum vero momentum reſpicit Atnachum et Segoltam, vtrum in verſu quodam adhiberi debeant, an non? Quam rem poſt WASMVTHVM *) maxima diligentia et cura ANDR. REINBECK **) indagauit, et quae huc redit

α) ſi verſus vnica tantum propoſitione conſtat, nondum apparet Atnach; ſi vero duabus aut pluribus propoſitionibus, aut minimum membris longioribus vel completis, conſtat, Athnach adhibetur. Contrarium ſi deprehendas, emphaſin illud ac affectum peculiarem importat ***)

β) Segolta in maxima et remotiſſima ſub Athnacho diſtinctione occurrit, ſi haec in primis in finem propoſitionis cuiusdam,

 quae

*) vide eius Inſtit. Accent. Reg. IV. Membr. II. p. 76. ſeqq. et Membr. III. A. a. II. Nota p. 103. ſeqq.

**) vide eius Doctrinam Acc. de ֑ Cap. II. §. 4 ſeqq et de ֒ §. 85. ſeqq.

***) Sic v. g. Geneſ. I, 1. in vnica propoſitione occurrit Athnach, e contrario omiſſus eſt iſte inter plures propoſitiones Thren. III, et V, aliquoties. Reliqua exempla ſuppeditat REINBECK l. c.

quae argumenti plane diſcreti eſt, cadat. *) Semel tantum Esr. VII, 13. locum Athnachi occupat Segolta, quorſum tamen etiam ſecundum quosdam codices Iob I, 8. pertinet. E contrario Ieſ. XLV, 1. et ſecundum BVXTORFIVM **) Iudic. XX, 23. in loco Segoltae occurrit Rbhia, pro quo tamen Editiones meliores ipſum Segolta habent. Quod vero ſecundum BOSTONEM ***) Segolta pariter ac Silluk et Athnach ſit Dominus primarius, Athnacho minime inferior, verum par dignitate, ex falſis rationibus aſſeritur, nam non ſolum tota accentuatio metrica in multis differt a proſaica, ſed in ſpecie etiam Merca mahpachatus in metricis alius eſt indolis quam Segolta, et ab iſto ad hunc concludere non licet. Tolerabilior eſt REINBECKII ****) expreſſio, quando Segoltam dominorum abſolutorum aemulum vocauit.

§. XXXXVIII.

Vt regulas hactenus traditas eo melius in caſibus obuiis applicare, et praxin felicius inſtituere poſſint diſcentes, illas nunc exemplis quibusdam ex Geneſeos Capite III. deſumtis illuſtrabimus.

4 3 2 1
VERSVS PRIMVS eſt, והנחש היה ערום מכל
12 11 10 9 8 7 6 5
חית השדה אשר עשה יהוה אלהים ויאמר אל־האשה
20 19 18 17 16 15 14 13
אף כי־אמר אלהים לא תאכלו מכל עץ הגן׃ cuius
commatis verſio (§. praec. Membr. I.) haec eſt: *Et ſerpens*

*) v. g. Gen. I, 7. 28. Ier. LI, 59. Iob. II, 11. reliqua affert REINBECK l. c. p. 66. ſeqq. ſed cauendum eſt, ne emphaſes ab illo nimis auctas omnes admittamus.

**) vid. eius Theſaur. Grammat. Lib. II. Cap. XXIII. p. 619.

***) vid. eius Tractat. ſtigmologic. Cap. II. Sect. I. p. 95. qua in re eum etiam ex parte ſequitur GEORG VENZKY in Accentuat. proſaica Ebraeorum Cap. I. §. 8. 2. p. 51.

****) vid. eius Doctrin. Accent. Cap. II. §. 85.

ſerpens iſte (§. XXXXIX, I. Interpr. Danziani.) *erat* (§. LI.) *callidus*; *prae* (§. XII. et CXXXIII. I, 5. *a*.) *omni beſtia terrae, quam fecerat* (§. LI.) *Iehoua Deus*: *Et dicebat ad mulierem*; *num dixerit Deus, non comedere debetis* (§. LXVIII. et CLXIV. 2.) *de qualibet arbore horti.* Et pro hac verſione tres diſtinctae propoſitiones adſunt, quarum prima eſt, *et ſerpens iſte --- Iehoua Deus*, altera vero *et dicebat* (ſerpens) *ad mulierem*, et tertia *num dixerit --- horti*; quarum quaelibet diſtinctionis cauſa duabus lineolis perpendicularibus in fine notatur (§. praec. Membr. II.). Adhibita deinceps de coniunctione et diſiunctione vocum in qualibet propoſitione cura (§. praec. M. III.); in prima propoſitione vox prima cum ſecunda et ſecunda cum tertia cohaeret (§. XXXVIII. Membr. V.). Vox quarta iterum cum quinta (§. XXXVII. Membr. III.) et quinta cum ſexta coniungitur (§. cit. Memb. I.). Vox ſeptima deinceps cum octaua (§. XL. Memb. II.) et octaua cum nona (§. XXXVIII. Membr. V.), nonaque cum decima (§. XXXVII. Membr. II.) cohaeret. In propoſitione ſecunda verbum cum nomine cohaeret (§. XXXVIII. Membr. V.). In tertia tandem propoſitione vox 13. cum 14 (ex §. XXXIX. Membr. II, 3.) et haec cum 15. (ex §. (XXXVIII. Membr. V.) connectitur, ſed voces 16. 17. 18. 19. 20. omnes inter ſe nexu continuo cohaerent, haec cum illa (ex §. XXXVII. Membr. I.) illa cum iſta ex (§. XXXVII. Membr. III. iſta cum ſua praecedente ex §. XXXVIII. Membr. V. et praecedens haec iterum cum ſua praecedente ex §. XXXIX. Membr. II, 3. Schol. Atque ſic ſequens erit aſpectus:

והנחש⁀היה⁀ערום|מכל⁀חית⁀השדה|אשר⁀עשה⁀יהוה⁀
אלהים|| ויאמר⁀אל—האשה|| אף⁀כי—אמר⁀אלהים|
||לא⁀תאכל⁀מכול⁀עץ⁀הגן. Quia vero hac ratione plures duabus voces connectuntur, de Διχοτομία inter voces conſtructionis continuatae inſtituenda nunc erimus ſolliciti (§. XXXXVII. Membr. IV.). Et quoniam nexus inter tres

 prio-

priores voces eſt aequalis, poſteriores duae manent coniunctae et prima diuellitur (§. XXXXIII. Membr. III.). Inter tres voces ſequentes iterum nexus eſt aequalis, nam tum duae poſteriores tum priores duae ſunt voces reſpectus potioris (§. XXXXIII. Membr. II, 1. 3.) Ergo prima earum iterum diſtinguitur (§. cit. Membr. III.). In voce 7. 8. 9. 10. vltimae duae coniunctae manent, ſunt enim non ſolum voces reſpectus potioris, ſed etiam ſubiectum, duae priores autem praedicatum conſtituunt (§. XXXXIII. Membr. II, 2. et §. XLV. Membr. II, 2.). In vocibus 13. 14. 15. nexus eſt aequalis. Ergo poſteriores coniunctae manent (§. XXXXIII. Membr. III.). In vocibus 16. 17. 18. 19. 20. duae poſteriores manent coniunctae (§. XXXXIII. Membr. II, 1. et III.) et vox decima ſeptima a decima octaua diſtinguitur, partim quia nexus vocis 18. et 19. erat arctior, partim quia particula negandi cum verbo ſuo arctiſſime cohaeret (§. XXXXIII. Membr. II, 3. et XXXIX. M. II, 3. Schol.). Appoſitis igitur vbiuis diſtinctionum ſignis iam conſtabit, vbinam diſtinctiuus et vbi ſeruus collocari debeat. Sed diſquirendum adhuc reſtat, quanta haec vel illa diſtinctio eſſe debeat? id quod multitudine linearum indicatur, adeoque proportio diſtinctionum nunc determinanda eſt (§. XLVII. Membr. V.). Quod ad proportionem primariam attinet, ex indole propoſitionum patet, quod in fine propoſitionis primae maior diſtinctio quam in fine ſecundae debeat fieri (§. XLVI, 3. et §. XLV, Membr. I, 3.). Ergo in fine primae propoſitionis quinque, in fine totius verſus ſex, et in fine primae propoſitionis quatuor lineae apponi poterunt (§. XLV. Membr. I, 1.). Quod vero ad ſecundariam ſpectat proportionem, in prima propoſitione praedicato *callidus* adiectio quaedam annectitur, per quam comparatio inter ſerpentem et reliquas beſtias terrae a Deo productas inſtituitur, adeoque poſt ערום maxima intra propoſitionem diſtinctio facienda

da et quatuor lineis indicanda eſt (§. XLV. Membr. II, 3.), reliqua autem propoſitionis pars poſt vocem השדה maiorem adſumit diſtinctionem, quia quatuor vltimae voces adiectionem beſtiae terreſtris efficiunt (§. XLV. Membr. II, 2. coll. §. XLVI. Schol. I. α.). In ſecunda propoſitione indagatione proportionis ſecundariae non opus eſt. In tertia vero propoſitione, tanquam periodo interrogatoria, attendendum eſt ad duo eius membra, quorum prius continet ſignum dicti, et alterum effatum ipſum, adeoque maxima diſtinctio poſt vocem 15. אלהים eſſe debet (§. XLV. Membr. II, 3. et Schol. num. 21.). In altero membro actio et obiectum eius occurrit, adeoque in voce 17. diſtinctio maior collocatur (loc. cit. num. 2. coll. §. XLVI. Schol. I, β.). Atque hinc ſequens oritur conſpectus: והנחש | היה ערום ||| מכל | חית השדה ||| אשר עשה | יהוה אלהים ||||| ויאמר אל־האשה |||| אף | כי־אמר אלהים ||| לא תאכלו | מכל | עץ הגן |||||| Si igitur ſignis coniunctionum et diſtinctionum harumque multitudini conuenienter accentus diſtinctiuos et ſeruos apponere velis, in fine adiicitur Silluk cum Soph Paſuk (§. XLVII. Membr. VI. Schol.), et apud diſtinctionem maximam intra verſum in voce 10. אלהים faciendam collocatur Athnach, ſub quo in hoc verſu Sarka non occurrit (loc. cit. Schol. 2. a. et b.). Silluk vero praeuio ſeruo Merca (§. XVIII.), pro minori ſubdiſtinctiuo accipit Tiphcha (§. XXIX. coll. §. XXVI.), pro maiori Sakeph katon (§. §. cit.) praeuio ſeruo munach (§ XVIII.), pro denuo maiori Sakeph katon (§ XXIX.), praeuio ſeruo munach (§. XVIII.), qui Sakeph katon pro minori loco Paſchtae habet Iethibh (§. XXIX, et XXX, 3.); pro tertio maiori autem Silluk iterum habet Sakeph katon (§. XXIX.), qui in eadem voce loco methegi admittit ſeruum munach

§. XIII.

(§. XIII. I. obſ. 3. Gram. Danz. coll. Exercit. IV. ab init.), et loco ſerui tunc habet minorem ſuum Paſchta duplicatum (§. XXIX. et §. XXII, 4.). Athnach praeuio ſeruo munach (§. XVIII.) pro minori accipit Tiphcha (§. XXIX.) praeuio ſeruo merca (§. XVIII.) pro maiori Sakeph katon, (§. XXIX.), qui praeuio ſeruo munach (§. XVIII.) pro minori ſuo habet Paſchta (§. XXIX.) et pro denuo maiori etiam Sakeph katon (§. XXIX.), qui iterum praeuio ſeruo munach pro ſuo minori accipit Paſchta (§. §. cit.).

VERSVS SECVNDI ותאמר האשה אל־הנחש מפרי עץ־הגן נאכל: verſio haec eſt: *Tunc* (§. CXLIX. III, 2. Interpr.) *reſpondit* (§. cit. IV, 1.) *mulier iſta ſerpenti* (§. LXXXV. I, 1.), *de fructu arboris* (cuiuscunque) *in horto* (§. 22.) *comedere poſſumus* (§. LXVIII. et CLXIV, 2.). Et pro iſtius indole duas tantum adeſſe propoſitiones perſpicitur, quarum quaelibet iterum duabus lineis notatur (§. XLVII. M. II.). In prima propoſitione vox prima cum ſecunda cohaeret (§. XXXVIII. Membr. V.), haec vero cum tertia non connectitur adeoque diuellitur. In altera propoſitione iterum vox prima ordine quarta cum quinta cohaeret (§. XXXVII. M. I.). ſed haec a dextra diſtinguitur. Proportio diſtinctionum in hoc verſu admodum facilis inuentu eſt. Diſtinctio nimirum in fine verſus omnium eſt maxima, et intra verſum in fine propoſitionis maior collocanda eſt diſtinctio quam intra eandem (§. XLV. Membr. I, 1. et Membr. II, 1.). Hinc ſequens oritur conſpectus:

ותאמר⁀האשה | אל—הנחש || מפרי⁀עץ—הגן | נאכל |||

Praeſuppoſita Athnachi in verſu praeſentia (§. XLVII. M. VI. Schol. 2. *α*.) in fine apponitur Silluk cum Soph Paſuk, qui pro minori ſuo ſubdiſtinctiuo accipit Tiphcha (§. XXIX.) praeuio ſeruo merca (§. XVIII.). Athnach deinceps etiam pro

pro minori habet Tiphcha praeuio ſeruo merca (§. XXIX. et XVIII.).

5 4 3 2 1

VERSVS TERTII וּמִפְּרִי הָעֵץ אֲשֶׁר בְּתוֹךְ־הַגָּן אָמַר

13 12 11 10 9 8 7 6

אֱלֹהִים לֹא תֹאכְלוּ מִמֶּנּוּ וְלֹא תִגְּעוּ בּוֹ פֶּן־תְּמֻתוּן׃ verſio latina eſt ſequens: *ſed* (§. CXLIX. M. II, 3. Interpr) *quod ad fructum arboris iſtius, quae eſt in medio horti, attinet* (§. CLXAX); *dixit Deus trinunus* (§. LXXX. M. II, 1.), *ne comedatis* (§. LIII. M. II.) *de illo, neque attingatis eum* (§. LXXXV. M. I, 1.): *Alioquin* (§. CV. M. II, 3.) *moriemini.* Et hac ratione duae diſtinctae propoſitiones, ſi ita more accentuatorum loqui fas eſt, adſunt, quarum prima periodum compoſitam conſtituit, quae in πρότασιν et ἀπόδοσιν, ſiue in antecedens et conſequens, diſpeſcitur; quorum quodlibet aeque ac propoſitio ſeparata duabus lineis memoriae iuuandae cauſa notatur. Et in antecedente vox prima cum ſecunda (ex §. XXXVII. M. I.) et tertia cum quarta (ex §. XXXX. M. II.) cohaeret. In conſequente vox prima ordine quinta cum ſexta (ex §. XXXVIII. M. V), ſeptima cum octaua (§. XXXIX. M. II. 3. Schol.), octaua cum nona (ex §. XXXVIII. Membr. V.), decima iterum cum vndecima et haec cum duodecima (ex §. XXXIX. M. II. 3. Sch. et §. XXXVIII. Membr. V.) cohaerent; adeo vt ſequens oriatur aſpectus:

וּמִפְּרִי⁀הָעֵץ | אֲשֶׁר⁀בְּתוֹךְ־הַגָּן || אָמַר⁀אֱלֹהִים | לֹא⁀תֹאכְלוּ⁀

מִמֶּנּוּ | וְלֹא⁀תִגְּעוּ⁀בּוֹ || פֶּן—תְּמֻתוּן || Sed habita nunc conſtructionum continuatarum et proportionum ratione; vox octaua a nona diuellitur, octaua vero cum ſeptima manet coniuncta (§. XXXIX. M. II. 3. Sch.) itemque decima cum vndecima coniunctionem retinet, ſed vndecima a duodecima diſtinguitur (§. cit). Quod autem ad proportionem attinet, in fine verſus diſtinctio omnium maxima, ſex lineis indicanda, et intra verſum deinceps maxima, adeoque 5. li-

O neae,

neae, in fine propoſitionis primae adhibentur (§. XLV. Membr. I, 1. 2.). Porro in periodo compoſita priores quatuor voces efficiunt antecedens, reliquae ad conſequens pertinent, adeoque poſt iſtas maxima in illa periodo diſtinctio, hincque 4. lineae ponuntur (§. XLV. Membr. I, 3.); conſequens ipſum vero conſtat ex ſigno dicti et duplici effato, adeoque poſt primum effatum in voce nona maximam accipit diſtinctionem tribus lineis indicandam h. m.

ומפרי⁀העץ|אשר⁀בתוך—הגן||||אמר⁀אלהים▭||

לא⁀תאכלו|ממנו|||ולא⁀תגעו|בו|||||פן—תמותון||||||

Si igitur ſignis coniunctionum ac diſtinctionum harumque multitudini conuenienter accentus diſtinctiuos et ſeruos apponere velis, in fine adiicitur Silluk cum Soph Paſuk (§. XLVII. Membr. VI. Schol.), et ad diſtinctionem maximam intra verſum in voce duodecima בו faciendam collocatur Athnach, ſub quo tanquam ſubdiſtinctiuus denuo maior Segolta adhibetur (§. cit. Schol. 2. a. et b.). Ceterum Athnach pro minori accipit Tiphcha (§. XXIX.) praeuio ſeruo merca (§. XVIII.), pro maiori Sakeph katon (§. XXIX.), qui (Sakeph katon) pro minori habet Paſchta praeuio ſeruo mahpach (§. XXIX. et §. XIX, 2.), et pro maiori Rbhia praeuio ſeruo munach (§. XXIX. et §. XVIII.). Segolta praeuio ſeruo munach (§. XVIII.) pro minori habet Sarka praeuio ſeruo munach (§. XXIX. et XIX, 1.).

Sic etiam eodem modo tres verſus ſequentes, qui coniunctim ſumti primorum hominum lapſum deſcribunt, et omnes alii verſus accentibus inſtrui poſſunt.

VERSVS nimirum QVARTVS eſt: *Rurſus* (§. CXLIX. I, 2.) *dixit ſerpens iſte* (§ XLIX. I.) *ad mulierem, nequaquam* (§. LXXVII. 1.) *moriemini*, et obſeruatis regulis praeſcriptis ſequentem

5 4 3 2 1

accipit aſpectum, ויאמר⁀הנחש|אל—האשה||לא—מות⁀תמותון||| nam vox prima cum ſecunda et quarta cum quinta cohaeret (§. XXXVIII.

XXXVIII. Membr. II, 2. et V.). Et quia duae adſunt propoſitiones, intra verſum Athnach adhibetur (§ XLVII. Membr. VI Schol 2 a), et tunc Silluk loco ſerui accipit minorem ſuum Tiphcha (§ XXXII. Schol. I, 1. α). Athnach vero pro minori habet Tiphcha praeuio ſeruo merca (§. XXIX. et XVIII.).

VERSVS QVINTVS eſt: *Sed* (§ CXLI. I, 1. Interpr.) *nouit* (§. LIV) *Deus; quod in die ipſo quo vos comederitis* (§ LXXXVIII. II, 2. et 3.) *de illo, oculi veſtri aperiantur: Et eritis ſicut Deus, ſcientes bonum et malum*, et ſequenti ſchemate exprimendus eſt,

כי | יודע אלהים ||| כי | ביום | אכלכם ממנו |||

ונפקחו עיניכם |||| והייתם כאלהים || ידעי | טוב ורע ||||

nam tres adſunt propoſitiones, in quarum prima omnes tres voces cohaerent (§. XXXIX. Membr. II. 3. et §. XXXVIII. M. V.). In propoſitione ſecunda vox prima iterum cum ſecunda (ex § XXXIX. M. II. 2) ſecunda cum tertia, tertia cum quarta, et quinta cum ſexta connecti poſſunt (§. XXXVIII. M. V.). In tertia propoſitione vox prima cum ſecunda et tertia cum quarta, (ex §. XXXVIII. M. V.) quarta vero cum quinta (ex §. XXXVII. Membr. IV, 1.) cohaerent Sed ob §. XLII in propoſitione prima vox prima a ſecunda iterum diuellitur (§. XLIII. M. III.), in ſecunda propoſitione vox tertia cum quarta manent coniunctae, ſecunda vero a tertia, et prima a ſecunda, diſtinguuntur (§. XLIII. M. III.). In tertia propoſitione vox tertia a quarta diſtinguitur, et duae poſteriores voces manent coniunctae (§. XLIII. M. I, 2.). Quod ad proportionem et quidem primariam attinet, diſtinctio maxima intra verſum in fine propoſitionis ſecundae fieri debet, quia propoſitio prima cum ſecunda vnicam quaſi periodum efficit (§. XLV. M. I 3.). De proportione ſecundaria autem notandum eſt, quod in propoſitione ſecunda antecedens et conſequens occurrant, adeoque maxima diſtinctio in fine antecedentis, et in antecedente ipſo poſt particulam cauſalem adhibenda ſit (§. XLV. M. I, 2. et §. XLVI, 1. coll. Schol. I. β.). Praeſuppoſita nunc Athnachi praeſentia (§. XLVII. M. VI. Schol. 2.) α.), omnes reliqui accentus vi regularum ſupra traditarum hoc ordine ſe inuicem ſequuntur: Silluk cum Soph Paſuk praeuio ſeruo merca (§. XVIII.) pro minori habet Tiphcha et pro maiore Sakeph katon (§. XXIX.), qui loco ſerui accipit minorem ſuum Paſchta (§. XXXII. Schol. I, 1. α.). Athnach loco ſerui iterum habet mino-

O 2 rem

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

tem ſuum Tiphcha et loco minoris maiorem Sakeph katon (§. cit. Schol. I, 1. β.), qui (Sakeph katon) praeuio ſeruo munach (§. XVIII.), pro minori habet Paſchta, et pro maiori Rbhia (§. XXIX.). Pro denuo maiori tunc ſub Athnach iterum venit Sakeph katon (§. cit.), qui praeuio ſuo ſeruo munach (§. XVIII.), pro minori Paſchta alternantem Iethibh admittit (§. XXX, 3.).

VERSVS SEXTVS eſt: *Et cum* (§. *CXLIX. M. III.* 2. β. Interp.) *videret mulier iſta* (§. *XLIX. M. I.*), *quod bona eſſet* (§. *III. M. II.*) *arbor ad comedendum* (§. *CLVII*, 2.), *et quod iucunda eſſet* (§. *XL. M. I*, 1.) *aſpectu* (§. *CLVII*, 2.); *cumque deſiderabilis eſſet* (§. *LVIII M. V*, 2.) *arbor iſta ad erudiendum* (§. *LXXXVIII M. I.*); *tunc* (§. *CXLIX. M. III*, 2. β.) *ſumſit de fructu eius, et comedit: Deinde* (§. *CXLIX. M.* I, 2.) *dedit etiam viro ſuo ſecum, qui* (§. *CXLIX. M. III*, 1.) *et ipſe comedit.* et ſequenti ſiſtitur ſchemata: ותרא האשה |||| כי | טוב העץ ||
למאכל ||| וכי תאוה—הוא | לעינים ||||| ונחמד העץ |
להשכיל |||||| ותקח מפריו | ותאכל |||||| ותתן גם—לאישה |
עמה || ויאכל |||||||| nam prius hemiſtichium in hoc verſu eſt periodus compoſita, cuius προ̃τασις duobus conſtat colis, et alterum hemiſtichium duas iterum inuoluit propoſitiones. In primo colo ſ. membro antecedentis vox prima cum ſecunda (ex §. *XXXVIII. M. V.*), tertia cum quarta et quarta cum quinta (ex §. *XXXIX. M. II.* 2. et *XXXVII. M. III.*), ſeptima cum octaua, et octaua cum nona (ex §. *XXXIX. M. II.* 2. et *XXXVIII. M. V.*), et in ſecundo membro antecedentis vox decima cum vndecima (ex §. *XXXVII. M. III.*) cohaerent; in conſequente vero vox ordine decima tertia cum decima quarta (ex §. *XXXVIII. M. V.*) connectitur. In altero hemiſtichio vox prima ordine decima ſexta cum decima ſeptima copulatur (§. cit.). Sed ob §. *XLII.* vox tertia a quarta iterum diuellitur (§. *XLIII. M. II*, 3.), et octaua a nona diſtinguitur (§. *XLV. M. II*, 3.). Quod autem porro ad proportionem attinet, intra verſum maxima diſtinctio in fine periodi compoſitae collocatur, (§. *XLV. M. I*, 3.), intra ipſam vero periodum maxima diſtinctio in fine antecedentis, et in antecedente poſt primum eius colon adhibetur (§. *XLV.* M. *II*, 2.), et intra hoc colon tandem maxima diſtinctio in vocem ſecundam cadit (§. cit. *M. II*, 3.). Reliqua quilibet tanquam faciliora diiudicare ex praecedentibus poteſt. Reſtat igitur tantum ordo

do accentum pro diuerſitate ſignorum coniunctionis et diſtinctionis horumque quantitatis in vocibus apponendorum, qui ſuppoſita Athnachi praeſentia (*XLVII.* M. *VI.* Schol. 2. *α*) hic eſt: Silluk cum Soph Paſuk (§. cit. Schol.) pro minori habet Tiphcha, et hic pro ſuo minori admittit Tbhir praevio ſeruo Darga (§. *XXIX.* et *XVIII.*) Athnach pro minori habet Tiphcha praeuio ſeruo merca, pro maiori Sakeph Katon, qui iterum pro minori habet Paſchta praeuio ſeruo Mahpach, pro maiori Rbhia (§. *XXIX.* § *XVIII.* et *XIX*, 2.) Hic Rbhia loco minoris admittit vicarium munach praeuio ſeruo Darga (§. XXXII. Schol. II, 1. *β*), et pro maiori habet Gereſch (§. XXIX. et Exerc. III.), qui in voce 2da Kadma, in tertia Tliſcha Ktanna, et in quarta munach, requirit (§. XXXI), pro denuo maiori vero Rbhia tandem adhibet paſerum praeuio ſeruo munach (§. XXIX. §. XXXII. I, 2. *β*. et §. *XVIII.*)

§. XXXXIX.

Ipſa nunc accentuationis a priori doctrina abſoluta eſt: vt vero promiſſis ſupra datis ſtemus, quaedam adhuc monita pro reſolvendis dubiis nonnullis adiicienda erunt (§. XXXIII. Schol. I). Sed ad tres claſſes iſta commode poterunt redigi, ſiquidem alia regulas quasdam a nobis traditas, alia vero totam accentuum ſyntheſin (§. cit. Schol. II.), et alia tandem eiusdem vtilitatem reſpiciunt.

§. L.

Veritatem multarum regularum a WASMVTHO, WEIMARO aliisque arbitrarie adſumtarum et ad dictamen grammaticum relatarum reiicit IO. FRANKIVS *), aliique mentem Frankii non ſatis recte intelligentes totum dictamen Grammaticum negarunt, et ſolum dictamen logicum admittere voluerunt **). Sed circa hos vltimos monemus, eosdem naturam et diſcrimen dictaminis Grammatici et Logici non ſatis intellexiſſe. Quod enim praeter dictamen Logicum ſimul dictamen Grammaticum ſit admittendum, iſti-

*) vide eius Diacrit. ſacr. P. II. §. 87. ſeqq. p. 77. ſeqq.
**) v. g. I. C. WAGNER, aliique vide ſupra §. XXXIV. p. 60.

Digitized by Google

que praeſtruendum, non ſolum a poſteriori perſpicitur, prouti ſuperiori docent, ſed a priori quoque facile probari poteſt. Ex Logica enim immediatum nexum vocum plurium continuo ſe inuicem ſequentium diiudicare non poſſumus, ſed ſicut omnis lingua, ita et Ebraea ſuam communem cum aliis, ſimulque etiam peculiarem ſuam admittit vocabulorum conſtructionem ſ. nexum. Adeoque ad linguae Ebraeae conſtructiones pro indole regularum ſyntacticarum reſpiciendum eſt, ſi nexum iſtum cognoſcere volumus. Cum igitur iſta nexus vocabulorum ſecundum regulas ſyntacticas conſideratio dictamen Grammaticum vocetur (§. XXXV.); ad nexum vocum immediatum determinandum dictamine grammatico opus eſt, illudque adeo plane reiici haud poteſt. Quod vero ad dubia FRANKII attinet, circa illa notandum eſt, 1.) nos regulas noſtras ad dictamen Grammaticum relatas non tanquam meras hypotheſes vel theſes a poſteriori veras, aſſumſimus, ſed illas ex ipſa idiotiſmorum indole aliisque principiis veris probauimus (§. XXXVII. ſeqq.), adeoque ictus eius nos ſtricte nunc non amplius feriunt. 2) in eo a WASMVTHO, WEIMARO, aliisque pluribus recedimus, et *Frankio* aſſentimur, quod diiudicatio diſtinctionis inter voces plures continuato nexu cohaerentes iterum inſtituendae non tam ad Grammaticum quam ad Logicum dictamen ſit referenda, illudque probauimus (§ XLIV). Quod vero, prout *Frankius* putat, omnis diſtinctionis fundamentum vnicum et perpetuum ſit logicum, vel exinde ſtatim infringitur, quod generatim iam obtinet diſtinctio, vbi ex dictamine Grammat. non adeſt nexus (§. XXXIV), nec dictamen rhetoricum hac in re negligi poteſt (§. XLI). 3) quae pro debilitanda veritate regularum a Waſmutho aſſumtarum et a nobis demonſtratarum in contrarium afferuntur exempla, ipſam regularum veritatem nondum tollunt. Vbiuis enim in colliſione re-

gula-

gularum exceptio admittenda eſt, licet alias quaevis illarum eſſe poſſit vera ac indubia. Cum igitur voces duabus plures immediato nexu apud Ebraeos ac Chaldaeos non cohaereant (§. XLII), et in coniungendis vel diſtinguendis vocibus non ſolum dictamen Grammaticum, ſed ſimul iudicia Logic. et Rhetoric. tanquam cauſae ſociae reſpicienda ſint (§. XXXIV. Schol. I. et §. XLVIII.); vtique etiam exempla nonnulla interdum regulis quibusdam coniunctionem docentibus poſſunt eſſe contraria, licet veritas regularum in ſe ſit ſalua atque integra.

In primis circa particulas dubium facile oriri cuidam poteſt, ſiquidem easdem modo coniunctas modo diſtinctas deprehendit. Idcirco notandum eſt, 1) vbi ratio, cur particula cum ſequenti voce cohaeret, a nobis data (§. XXXIX), nullo prorſus modo applicari poteſt, ibi particula etiam ſeparari poteſt: ſicut enim poſita ratione rationatum ponitur, ita etiam ceſſante cauſa effectus ceſſare debet. 2) illud etiam de particulis generatim notandum eſt monitum, quod modo in fine paragraphi prolatum eſt. Sic enim v. g. Gen. III, 5. prima particula כי a ſequente voce iterum diuellitur, quia duae voces ſequentes ſunt voces reſpectus potioris, altera vero particula manebat coniuncta, quia duae ſequentes voces tanquam res et ſubiectum rem recipiens logice diſtinguendae erunt. Vid. p. 95.

§. LI.

Aſſeruimus ſupra, quod ſine exacta dictaminum, Grammatici ſcilicet, Logici et Rhetorici, cognitione accentuatio commode peragi nequeat (§. XXXIII.); nullus enim alius iam nobis reſtat modus textum quendam accentibus inſtruendi, quam hic, vt ad relationem vocum erga ſe inuicem et materialiter et formaliter conſideratarum attendamus, et pro diuerſitate eius diuerſos adponamus accentus. Nec credimus, hanc viam ab aliis iam apertam et a nobis nunc a multis impedimentis repurgatam et magis recluſam iure poſſe reiici, quia haec agendi ratio non meris coniecturis et hypotheſibus, ſed ipſa orationis natura, lin-

guae

Digitized by Google

guae ſacrae idiotiſmis, indubiis Logicae principiis, et affectuum indole, nititur. Et licet haud negemus, quod nonnulli dentur caſus, qui ab arbitrio et libertate accentuatoris dependeant, exinde tamen ad negationem certitudinis regularum noſtrarum, totiusque accentuationis, concludere eſt maxime abſonum. Hos enim caſus aliquis praeceptis noſtris ſatis imbutus dis'unctiue minimum ſemper diiudicare ac determinare poterit; ſi vero ipſe Pericopam quandam extra Biblia ſacra, cuius ſenſus ipſi probe cognitus eſt, accentibus inſtruere velit, rationem ſemper poterit dare, cur hos nec alios adpoſuerit accentus. Hinc nemo nobis vertet vitio, ſi illum, qui ab ignorantia ſua ad negandam exiſtentiam et certitudinem accentuationis Ebraicae, aut ab obſcuritate relatiua ad obſcuritatem abſolutam, aut denique a quibusdam paucis caſibus ad totam rem concludere velit, nunc deridebimus.

I.) Interim non ſine ratione ſupra tantum diximus, ſine exacta dictamin. Grammatici, Logici et Rhetorici, cognitione accentuatio a priori *commode* peragi non poteſt; non enim negabimus, quod alius modus, licet nobis non ſatis iam peruius, in ſe ſit poſſibilis, et quod accentuatio a priori certe vbiuis poſſet inſtitui, ſi antiqua Iudaeorum modulatio nobis eſſet cognita atque perſpecta. Nonnulli nimirum auctores, et ex noſtra quidem ſententia, prout infra oſtendemus, haud male vſum muſicum accentibus ſimul tribuunt. Ergo quilibet accentuum peculiare modulationis ſignum poteſt eſſe, adeoque poſita hac vel illa melodia alius quam hic vel ille accentus adponi non poteſt. Si quis igitur totius cuiusdam textus biblici melodiam et omnium eius vocum modulationem exacte noſſet, licet antea non ſciuerit, quaenam accentuum conſecutio ibi appareat; ex melodia ſibi cognita ad accentus in textu apponendos tuto concludere poſſet. Quod a Muſicae peritis illuſtrari facile poteſt. Cum vero ſcientia textum quendam accentibus inſtruendi dicatur accentuatio a priori (§. X); is qui melodiam textus cuiusdam et modulationem omnium eius vocum noſſet, textum illum poſſet accentuare a priori. Qua in re Iudaeus quidam doctus, ad Chriſtianorum

coetum

Digitized by Google

coetum transgreſſus, et *Augusti* nomen gerens, me quondam confirmauit, quum Pſalmum quendam accentibus recte inſtrueret incipiens ab initio verſuum.

II.) Sed licet IABLONSKI ſchema quoddam accentuum notas muſicas repraeſentans exhibuerit*), diuerſitas tamen modulandi apud Iudaeos, Germanos, Italos et Hiſpanos obuia, et alius valor muſicus vnius eiusdemque accentus in lege, alius in Prophetis, aliusque in Hagiographis**), ſatis oſtendunt, antiquam Ebraeorum modulandi rationem fuiſſe deperditam, et noſtro tempore prorſus eſſe incertam. Sicut ergo illa modulandi ratio nobis nihil vtilitatis affert ad ſenſum ſcripturae perſpiciendum, ita nec per illam accentuatio a priori hodie facilitari poteſt. Hinc in rationali noſtro modo acquieſcimus, recordantes triti illius, ſed ſenſu paullulum diuerſo accepti, prouerbii, *ignoti nulla cupido.*

§. LII.

Multos ab addiſcenda accentuatione a priori detinuerunt praeconceptae de incertitudine, obſcuritate et inanitate eiusdem, falſae opiniones. Quoniam vero incertitudinem et obſcuritatem per operam et laborem noſtrum tollere conati ſumus, inanitatem accentuationi noſtrae obiectatam breuiſſimis nunc etiam remouebimus, oſtendentes accentuationem a priori et voluptatem et vtilitatem praebere. Sicut enim omnis perfectio in nobis deprehenſa voluptatem gignit, ita illa quoque orietur, ſi ea quae ſecundum praecepta noſtra ſuperiora proueniet accentuum conſecutio conſentiet cum ea, quae in Bibliis ſacris deprehenditur. Vnde etiam factum eſt, vt teſte I. H. MICHAELIS***) Iudaeus quidam eruditiſſimus, et linguae Ebraeae peritiſſimus, R. IOS. FALCON, accentuationis a priori exercitium ſummopere admiratus fuerit, clamans חכמה גדולה היא *magna ſapientia haec eſt*, iſtiusque inſti-

P

*) in doctiſſima Praefatione Bibliis Hebraicis praemiſſa §. 23.

**) de iſta diuerſitate vid. IABLONSKI l. c. et WASMVTH in Vindic. Hebr. P. II. Cap. II. Obſ. VII. §. 1. p. 366.

***) conf. eius Gründlichen Vnterricht von den Accentibus proſaicis et metric. Sect. I. §. 17. not. i. p. 11.

Digitized by Google

ſtitutionem ſtatim deſiderauit: Quod vero ad vtilitatem accentuationis a priori attinet, ea quidem non tanta eſt, quantam accentuatio a poſteriori in explicanda Scriptura ſacra praeſtat interpreti; ſed quia accentuationem a poſteriori in toto ſuo complexu nemo ſine accentuationis a priori cognitione ſufficienter peripicere poteſt, exinde iam de vtilitate accentuationis a priori quilibet iudicare poteſt. Cum igitur plane ſingularem accentuationis a poſteriori vtilitatem infra in peculiari Exercitatione oſtendemus, vtilitas accentuationis a priori exinde ſimul pateſcet, vt taceam, meditationem noſtram et iudicium per exercitium accentuationis a priori haud leue ſibi promittere poſſe incrementum, et nos per illam optime de veritate accentuationis a poſteriori poſſe conuinci.

Nonnulli forſitan putabunt, accentuationi a priori nullam eſſe tribuendam vtilitatem, exinde poſſe perſpici, quod in accentuatione a priori in Bibliis ſacris inſtituenda ipſa accentuatio a poſteriori praeſupponatur, adeoque circulus in demonſtrando committatur. Sed ſicut ipſa inanitas, cuius doctrinam hancce accuſarunt, reiecta eſt, ita quoque hoc de circulo committendo dubium facile poterit remoueri. Hoc vtique verum eſt, quod in Bibliis ſacris ope accentuationis a poſteriori aliorumque Hermeneutices ſubſidiorum verus ac genuinus ſenſus determinetur, et quod is, qui verſum biblicum accentibus inſtruere vult, plenum eius ſenſum noſſe debeat; ſed minime requiritur, vt Biblia ipſa iſte antea inſpexerit, et exinde accentuum conſecutionem memoriae impreſſerit Si enim verus ſenſus cuidam tantum ſuppeditatus eſt, is ſecundum §. XLIX. incedens accentus textui biblico reſpondentes adiicere poteſt. Ergo ope regularum a nobis demonſtratarum accentuatio a priori inſtitui poterit ab aliquo, non vero eadem notitiam accentuum in Bibliis iam appoſitorum neceſſario in eo ſupponit. Adeoque circulus non admittitur. Deinde etiam accentuatio a priori non ſolum ad Biblia ſacra a nobis reſtringitur, ſed ad omnem orationem Ebraeam extenditur, qui regulae, ſecundum quas peragitur, et quas ex orationis natura, ex Idiotiſmis linguae ſacrae, ex indubiis Logicae principiis et ex affectuum indole deduximus, ad omnem orationem Ebraeo-Chaldaicam, adeoque tam ad Paraphraſes Chaldaicas, quam ad alia Ebraeorum ſcripta applicari poſſunt. Adeoque et hac ratione circulus nobis obiectatus ceſſabit. Specimen ipſum vero extra Biblia ſacra in Maimonidis Iad Chaſaka Tract. de matrimonio Cap. X. dedimus vide *Commentat.* noſtram de *nuptiis Ebraeorum.*

EXER-

EXERCITATIO SECVNDA

IDEAM

VARIORVM DICTAMINVM DETERMINAT

ET

DICTAMINIS GRAMMATICI, LOGICI ET RHETORICI

INDOLEM EXPONIT

MODVM

ACCENTVATIONEM A PRIORI PERAGENDI

OSTENDIT,

ET

QVAE CIRCA HANCCE

NOTANDA SVNT

EXHIBET.

Digitized by Google

EXERCITATIO III.
DE VICARIIS ET LEGATIS.
SECTIO I. DOGMATICA
THEORIAM DE VICARIIS ET LEGATIS
EXHIBET.

§. LIII.

Sub poſitu minorato ſupra iam (§. XXXII. Schol. II, l. β.) dixi, quod interdum ſub ducibus loco minoris Gereſchi ſeruus quidam ſubſtituatur, qui vel vicarium vel legatum conſtituat. Sed quia haec de vicariis et legatis doctrina pro difficillima in accentuatione proſaica ab omnibus habetur, eandem in hac Exercitatione ſeorſim nunc pertractabo. Iſtam quidem, quam vicariis et legatis loco Gereſchi ſub ducibus obuenientibus nonnulli obiectarunt, difficultatem nimiam ego nondum reperi, nec vllius adhuc auditorum meorum, qui praelectionibus meis in accentuationem decies iam abſolutis interfuerunt, querela de iſta ad aures meas peruenit; illud vero minime negabo, quod communis ferme hac de re alias ſit querimonia, et quod nonnulli recentiorum ex hoc fundamento ſic dictos vicarios et legatos impugnauerint ac prorſus reiicere voluerint. Eo igitur allaborabo, vt meis etiam lectoribus hanc doctrinam non faciliorem ſolum reddam, ſed a difficultatibus quoque et obiectionibus eandem liberem. Diuidam proinde hanc Exercitationem in duas ſectiones, quarum prima theoriam vicariorum et legatorum continebit, altera vero dubia, quae contra vicarios et legatos noſtros formata ſunt, eorumque reſolutionem, complectetur.

§. LIV.

Antequam vero ad ipſam vicariorum et legatorum indolem eruendam deſcendamus, denominationem eorum et denominandi rationem oſtendemus, quae notiſſima illa

ac perantiqua regula, *res incognitae et difficiliores per comparationem cum rebus diſcenti cognitis optime et absque difficultate addiſci poſſunt,* vltimo innititur. In regno nimirum politico ac ſocietate ciuili principes omnis generis, quales ſunt imperatores, reges, duces et comites, ſuos interdum habent vicarios et legatos perſonam eorum vna cum dignitate et auctoritate ipſis competente repraeſentantes. Cum igitur accentuum doctores doctrinae cauſa diſtinctiuos accentus in imperatores, reges, duces et comites diuiſerint (§. XI.); facile concipi poterit, cur etiam accentus quosdam, aliorum vices ſub certis circumſtantiis gerentes, vicariorum et legatorum nomine inſigniuerint. Iſtud vero negare non poſſum, quod doctores iſti in hac denominatione miro modo a ſe inuicem diſcrepent, atque ideo in loquendo ſint inconſtantes. Hinc varios ſtatim vicariorum ſignificatus recenſebo.

§. LV.

Vicarius ſumitur 1) *late*, quando aliquis accentuum, qui in alterius locum ſubſtituitur, ſiue ſit ſeruus ſiue ſit dominus, nomine iſto inſignitur. Vnde hoc nomen ſeptem illis diſtinctiuis accentibus, qui pro aliis diſtinctiuis ſub quibusdam tantum adhibentur conditionibus (§. XIII. Schol. II. et §. XXX.), a nonnullis tribuitur. Licet enim WASMVTHVS aliique in loquendo cautiores hunc ſignificatum ſeptem illis diſtinctiuis non attribuant, ſed eosdem potius *alternantes* tantum cognominent *), non deſunt tamen

*) conf. WASMVTHI Inſtitut. method. Accent. Hebr. Tabula I. nota β. δ. ε. η. κ. it. p. 110. et 150.

**) conf. CHRISTOPH. ANDR. BVTTNERVS in Introduct. ad Accentuat. Ebr. §. 57. AVG. PFEIFFERVS in manuductione ad doctrinam Accentuum §. 9. IOH. LEONH. RECKENBERGERVS in compendio de accentibus Hebr. §. 18. obſ. 1. DAN. WEIMARVS in doctrina Accentuat. Hebr. Reg. IV. Membr. II. et III. p. 50. 52.

men, qui termino noſtro in ſignificatu lato vtuntur **). Alii vero accentus iſtos vocare maluerunt *locumtenentes* ***). 2) ſumitur *ſtricte* de coniunctiuis ad dominorum dignitatem promotis, et quidem α) generatim de omnibus coniunctiuis diſtinctiuorum locum occupantibus, ita vt vicarii ac legati tanquam ſynonyma conſiderentur, atque ideo inter ſe inuicem confundantur, β) ſpeciatim de iis tantum coniunctiuis, qui diſtinctiuorum locum occupant et in ſecunda a domino ſuo voce apparent, ſicut e contrario iſti ex coniunctiuis nominatis, qui in tertia a domino ſuo voce collocantur, legatorum nomen obtinent. Ex hac termini ambiguitate, ſucceſſu temporis introducta, magna in accentuum doctrina orta eſt difficultas, quam inſuperabilem eſſe haud pauci recentiorum putarunt. Sed ſicut primus vicariorum et legatorum inuentor eos recipiens tam iniuſte non egit (§. LIV.); ſic etiam difficultas iſta circa vicarios et legatos ſub ducibus in primis obueniens haud difficulter remoueri poterit re ſatis clare atque perſpicue propoſita. Periculum huius rei faciam, iudicium an felix in pertractanda eadem fuerim lectori beneuolo et a praeiudiciis libero relinquens.

I.) Significatus, quem numero 2. addixi, ſtrictus et quidem generalior, non in metrica ſolum obtinet accentuatione, vbi omnes ſerui, loco ſubdiſtinctiui cuiusdam adhibiti, vicariorum nomen accipiunt, ſiue in ſecunda ſiue in tertia a domino ſuo abſint voce; ſed in proſaica etiam iſto ſignificatu vtuntur, dum ſeruus ſub athnacho, Segolta et Sakeph katon, loco minoris repertus, a nonnullis vicarius nominatur, ſiue minor iſte ſubdiſtinctiuus, et pro

eo

***) v. g. I. C. SPEIDELIVS in commentar. in accentus hebr. p. 53 et 66. ſqq. CHRISTOPH. SANCKIVS in germanica introduct. ad accentus Hebr. p. 78. 99. 103 106. 108. 109. 112. quibuscum etiam BVTTNERVS ante nominatus interdum facit, vide l. c. §. 61.

eo ſeruus, in ſecunda ſiue in tertia voce ponendus fuerit *), cuius conſecutionis exempla, quae inuenire potui, omnia adducta ſunt (§. *XXXXII.* Schol *I.*). Sed ſignificatus ſtrictus ſpecialis omnium vſitatiſſimus eſt, eoque vtuntur accentuum doctores fere omnes ſub ducibus, quando in locum ſubdiſtinctiui eorum Gereſchi ſuccedit ſeruus. Si enim diſtinctio facienda eſt in proxima ſiue ſecunda a duce ceu domino voce, ſeruus ibi apparens vocatur *vicarius*, iſte autem ſeruus, qui in tertia voce ponitur, in quam incidit diſtinctio, *legatus* appellatur. Quae de hiſce autem legatis ac vicariis inſuper notanda ſunt, eorumque ideam determinatam in ſequentibus docebimus.

II.) De vltimo accentu diſtinctiuo ׀ *Pſik munachato*, ad comitum claſſem relato, quaedam inſuper hoc ſtatim loco monenda eſſe arbitror. Sicut enim de dignitate eius claſſica non omnes conſentiunt (§. XIII. Schol. I.), ita ille etiam in numerum legatorum adſumtus peculiare quid habet. Differt nimirum non ſolum in eo a reliquis legatis, quod hi in ſe ſint ſerui Gereſchi, iſte vero dominus et quidem omnium infimus, ſed in hoc etiam aliquod deprehenditur diſcrimen, quod ſub Rbhia tantum occurrat, reliqui autem Gereſchi legati ſub ducibus reliquis iisdem obtinentibus circumſtantiis vt infra videbimus.

§. LVI.

Principium *auulſionis conſtructionum continuatarum* requirit, vt ſub ducibus non niſi ob rationem ſpecialiorem plures voces quam duae per ſeruum connectantur (§. XXXXII.). Ergo duo vel plures ſerui, vt ſerui, ſub ducibus non occurrunt. Quod ſi igitur in conſecutione accentuum ſub ducibus duo vel plures ſerui ſe inuicem ſequantur immediate, vnum ex iſtis loco ſubdiſtinctiui ducum nominatorum adhibitum eſſe aſſerendum eſt. Cumque ſerui locum diſtinctiuorum late ſic dictorum occupantes vicarii aut legati dicantur (§. LV.); ex ſeruis iſtis duobus vel pluribus ſub duce quodam occurrentibus vnus vel vicarius vel legatus eſſe debet. Si quis igitur ad dictamina ſupra

*) conf. DAN. WEIMARVS in Doctrina Accent. Reg. IV. M. III. num. 4. p. 56.

ſupra explicata in primis grammaticum attendere, et exinde diiudicare velit, vtrum ſecunda an vero tertia a duce diſtans vox diſtinguenda ſit; tuto concludere poteſt, quod ſpeciatim ſeruus in voce ſecunda ſubdiſtinctiuo alias notanda apparens *vicarius*, iſte vero ſeruus in tertia voce diſtinguenda adhibitus *legatus* nominandus ſit (§. cit. num. 2. β.). Et hic vicariorum et legatorum character a loco deſumtus ſufficit in lectione conſecutionis accentuum diiudicanda.

I.) Quod de conſecutione duorum vel plurium ſeruorum ſub ducibus occurrentium aſſeruimus, et ex principio auulſionis conſtructionum continuatarum deduximus, non valet quidem de ducibus ſolum, ſed etiam de imperatoribus et regibus, prouti ex §. XLII. perſpici poteſt: ſed quia ea in primis nobis eſt mens, vt doctrinam vicariorum et legatorum ſub ducibus occurrentium hic euoluamus et diiudicemus; de ditione ducum etiam hoc tantum loco loquemur, praecipue cum eos, qui ex imperatoribus et regibus, Athnach ſcilicet, Segolta et Sakeph katon, eiusmodi conſecutionem plurium ſeruorum admittunt, in §. cit. Schol. I. circa fin. iam adduxerimus. Nec adeo difficilis erit reſponſio, ſi quis quaerere velit, cur ſub ducibus omnibus et ſaepius quam ſub imperatoribus et regibus conſecutio nominata occurrat; poteſt enim ex ipſa accentuum ſubordinatione et claſſium diuiſione deſumi, ſiquidem non tanta inciſa in ditione ducum, quanta ſunt ſub imperatoribus et regibus, reperiantur.

II.) Vt diſcrimen vicariorum et legatorum a loco deſumtum eo melius perſpicere, et principium auulſionis totum ſub ducibus in lectione conſecutionis accentuum obſeruare poſſint incipientes, exemplis quibusdam rem iſtam illuſtrabimus. Sic nimirum, quando ſub *Sarka* duo apparent ſerui, v. g. —֮ —֣ —֨, generatim aſſeri poteſt, vnum eorum aut eſſe vicarium aut legatum; ſpeciatim vero, ſi diſtinctio cadit in ſecundam vocem ante Sarkam h. m. —֮ | —֣ —֨, legendum eſt *Sarka loco minoris habet vicarium munach praeuio ſeruo kadhma*; ſin autem diſtinctio incidit in tertiam a Sarka remotam vocem h. m. —֮ —֣ | —֨, legendum eſt, *Sarka praeuio ſeruo munach loco minoris habet legatum eius kadhma.*

ma. Res igitur, vt ſupra diximus, ex dictaminibus decidenda eſt. Sic ergo v. g. Geneſ. XVI, 5. ותאמר שרי אל־ אברם *et dixit Sara ad Abramum*, ad priorem legendi modum pertinet, nam ותאמר et שרי cohaerent, שרי vero et אברם. אל— non cohaerent (§. XXXVIII. M. V. et §. XXXVII.); ſed in Deutr. XXX, 16. אשר · אנכי מצוך *quod ego praecipi tibi*, poſteriori modo lectio inſtituenda eſt, nam vox prima cum ſecunda non cohaeret, ſecunda vero et tertia coniunguntur (§. XXXVIII. M. V.). Sic etiam ſub Tbhir, quando duo ante eum occurrunt ſerui, v. g. — — —, vnus eorum vel vicarius vel legatus generatim nominandus eſt, et ſpeciatim, ſi diſtinctio incidit in proximam ante Tbhirum vocem h. m. — | — —, legendum eſt, *Tbhir loco minoris habet vicarium ſuum darga prauio ſeruo munach*; ſin autem tertia a Tbhiro diſtans vox diſtinguenda eſt h. m. — — | —, tunc legendum *eſt Tbhir prauio ſeruo darga, loco minoris habet legatum eius munach.* Hinc Geneſ. XXXI, 32. נגר אחינו הכר־לך *in conſpectu fratrum noſtrorum agnoſce tuum*, priori modo legendum eſt, nam vox prima cum ſecunda cohæret (§. XXXIX. M. II, 2.), ſecunda vero a tertia diuellenda eſt; ſed Geneſ. II, 4. אלה תולדות השמים *hæ ſunt origines coelorum*, ad poſteriorem legendi modum pertinet, nam licet omnes tres voces immediate cohaereant, duae poſteriores tamen manent tantum coniunctae (§. XXXVII. M. I. et III. et §. XLIII. M. II. et III.).

§. LVII.

Adduximus nunc quidem vicariorum et legatorum notam characteriſticam a loco deſumtam, quae in accentuatione a poſteriori ad lectionem rite inſtituendam ſufficit: ſed vt determinare etiam poſſimus, quinam ſeruorum ſub ducibus tanquam legati adhibeantur, et quinam vt vicarii adſumantur; vlterius iam progrediendum, et definitio eorum ſuppeditanda erit. Seruus nimirum ducis cuiusdam, qui loco eius ſubdiſtinctiui (ſcilicet Gereſchi §. XXIX.) ſub certis circumſtantiis ponitur, vocatur *vicarius* eiusdem. Cum igitur dux reſpectu comitum, adeoque et gereſchi, voce-

vocetur dominus (§. XXV.), et ſubdiſtinctiuus ſub domino ſuo primo loco poſitus (ſiue, quod idem eſt, ſubdiſtinctiuus inter quem et dominum ſuum nullus eiusdem claſſis adhuc interceſſit,) *minor* iſtius vocetur (§. XXVI.); vicarius recte alias quoque deſcribitur per ſeruum domini cuiusdam, qui vices ſubdiſtinctiui eius minoris gerit. E contrario ſeruus Gereſchi ipſius, qui huius loco adhibitus eſt, audit *legatus* Gereſchi. Ergo legatus eſt ille ſeruus, qui diſtinctiui ſui vices ſuſtinet.

Sunt quidem, qui a noſtris definitionibus paullulum recedunt, ſed eo ipſo obſcuritati et confuſioni nec non difficultatibus occaſionem dederunt, prouti in Sectione II. huius Exercitationis videbimus. E contrario autem alios, eosque accuratiores, auctores habemus conſentientes, v. g. BVTTNERVM l. c. p. 25. IOH. DAVID. MICHAELIS in Anfangsgründen der Hebræiſchen Accentuation §. 22. I. HEINR. MICHAELIS in gründlichen Unterricht von den accentibus proſaic. et metric. §. 14. p. 10. FRID. THEODOS. MVLLERVM in Diſſert. philol. de Theoria accentuum apud Ebraeos qui legati vicarii et Barones appellari conſueuerunt §. 23. et 24. IOH. CHRISTOPH. SPEIDELIVM in commentar. in accentus Hebraicos Cap. V. §. 19. 20.

§. LVIII.

Ex definitionibus mox ſuppeditatis facile iam poterit determinari, quinam accentus ſub ducibus vicarii poſſint fieri, ſi quis ex ſuperioribus nouerit, quosnam ſeruos habeant duces, et quosnam ſeruos admittat Gereſch. Quia nimirum

1.) *Tbbir* pro ſeruo habet *merca* et *darga* (§. XVIII.), etiam ſub *Tbbir* vicarius eſſe debet vel *merca* vel *darga* (§. LVII.), quilibet ſub circumſtantiis iſtis, ſub quibus hic vel ille tanquam ſeruus adhibetur (§. XIX, 3).

2.) *Paſchta* habet ſeruum *merca* et *mahpach* (§. XVIII.); ergo etiam vicarius ſub *Paſchta* eſſe debet *merca* vel *mahpach*

pach (§. LVII.) pro diuerſitate circumſtantiarum, ſub quibus hic vel iſte tanquam ſeruus adhibetur (§. XIX, 2.).

3.) *Sarka* pro ſeruo ſuo admittit *munach* et *merca* (§. XVIII.); ergo etiam vicarius ſub *Sarka* poteſt eſſe vel *munach* vel *merca* (§. LVII.) pro diuerſitate circumſtantiarum, ſub quibus hic vel iſte tanquam ſeruus adhibetur (§. XIX, 1.).

4.) *Rbbia* vnico gaudet ſeruo *munacho* (§. XVIII.), ergo etiam vicarius ſub *Rbbia* eſt *munach* (§. LVII.).

I.) Quoniam vicarii locum *Gereſchi* occupant (§. LVII.), eosdem etiam admittunt ſeruos, quos habet *Gereſch*, ita vt hic etiam ille Grammaticorum canon valeat, *vicarium alternans ſequitur naturam eius pro quo alternat*. Cum igitur *Gereſchi* ſeruus ſit *munach* vel *kadhma* (§. XVIII.); omnes etiam vicarii praeterquam ſub *Rbbia*, habent *munach* vel *kadhma*, pro diuerſitate circumſtantiarum, ſub quibus hic vel iſte tanquam ſeruus ſub Gereſcho adhibetur (§. XIX, 4.). Vicarius *rbbiae* autem ſemper habet ſeruum *Darga*.

II.) Quodſi vero vicarii in ditionibus ſuis tertiam adhuc vocem, aut quartam, immo et plures rariſſime admittunt, tunc vicarius ſub *rbbia* in tertia ſua voce habet munachum, Num. IV, 14. 1 Reg. XIX, 21. 2 Reg. X, 3. 2 Sam. XXI, 2. Ieſ. V, 25. XXXVIII, 3. Cohel. IV, 8. ſed ſub *Sarka, Paſchta et Tbhir*, vicarii, ſicut Gereſch ipſe, cuius locum occupant (§. LVII.), in ſecunda voce habent *kadhmam* et in tertia *Tliſcham ktannam* (§, XIX, 4. et XXXI,) in quarta vero ac ſequentibus vocibus aſſumunt *munachum* (§. XXXI.) v. g. Gen. III, 14. XLIII, 3. Exod. III. 8. XVII, 6. Num. VI, 20. XVIII, 19. XXX, 13. 15. XXXV, 17. 18, Deutr. IX, 4. XII, 11. XXIX, 1. 3. 17. Ioſ. IV, 20. 23. V, 10. XXII, 10. Iud. 4, 14. VII, 7. XI, 36. XX. 25. 34. 39. Ier. VI, 11. XLIV, 30. &c. *). Et in pauciſſimis tandem locis vicarii etiam in voce ſecunda loco ſerui kadhmae vel munachi ſtatim adhibent *Tliſcham ktannam* Ezech. XLIII, 11. Ion. I, 2. Dan. III, 2. Nehem. XI, 7. 2 Chron. XVII, 8.

§. LIX.

*) conf. PHIL. OUSEELII Introductio in accentuationem Hebraeorum proſaicam Cap. XIV. §. 14 - 20.

§. LIX.

Sic etiam eodem modo legati in loco Gereſchi apparentes in tertia a ducibus remota et diſtinguenda voce absque difficultate determinari poterunt. Quia nimirum legatus Gereſchi eſt ſeruus eiusdem Gereſchi loco illius adhibendus (§. LVII.), ſerui Gereſchi autem ſunt munach vel kadhma (§. LVIII.); legati etiam ſub omnibus ducibus, excepto rbhia, ſunt *munach* vel *kadhma*, ita nimirum, vt *munach* admittatur, quando tonus vocis legato notandae incidit in primam ſyllabam vel vocem monoſyllabicam non incipientem a ſchua, *kadhma* vero in reliquis caſibus adhibeatur, in quibus conditio iſta non adeſt (§. XIX, 4.). Sed ſub rbhia legatus perpetuo eſt *Pſik munachatus*.

Quodſi legati etiam ſeruum quendam admittant, ſub rbhia legatus *pſik munachatus* pro ſeruo habet *mercam* **) (§. XIX, 5.), Leuit. X, 6. Num. IX, 10. Deutr. XXVII. 3. 1 Sam. XVII, 25. Iud. XIV, 19. Ier. XLI, 2. LII, 15. 25. Ezech. VIII, 6. &c. ſequente adhuc in tertia voce rariſſime kadhma 1 Reg. XIV, 21. Cohel. VI, 2. 2 Chron. XII, 13. De reliquis legatis iudicetur ex §. praeced. Schol. II.

§. LX.


Vt vero ea, quae de vicariis et legatis ſub ducibus locum Gereſchi occupantibus iam diximus, vno obtutu perluſtrari, omnesque eorum ſpecies poſſibiles cognoſci queant, in tabula quadam eosdem nunc repraeſentabimus. De qua tabula notandum eſt, quod circellus, qui germanice *eine Null* vocatur, in eadem poſt duces occurrens indicet, duces iſtos hoc loco non habere ſeruum quendam, ſed eorundem ſubdiſtinctionem in voce proxima ſiue ſecunda venire. Eſt vero tabula iſta ſequens,

**) in unico exemplo 1 Reg. X, 10. Iablonski, et quas vidi aliae editiones habent *munach*.

	Duces		Subdiſt. min.		maior	denuo mai.	tertio maior.
Vicar.	[illegible]	o	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
Legati	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]			
Vica-	[illegible]	o	[illegible] {	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
	[illegible]	o		[illegible]			
rii	[illegible]	o	[illegible] {	[illegible]			
	[illegible]	o		[illegible]			
Lega-	[illegible] }	[illegible]	[illegible]		[illegible]	[illegible]	[illegible]
	[illegible] }		[illegible]				
ti	[illegible] }	[illegible]	[illegible] non oc. currit.				
	[illegible] }		[illegible]				
Vica-	[illegible]	o	[illegible] {	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
	[illegible]	o		[illegible]			
rii	[illegible]	o	[illegible] {	[illegible]			
	[illegible]	o		[illegible]			
Lega-	[illegible] }	[illegible]	[illegible]		[illegible]	[illegible]	[illegible]
	[illegible] }		[illegible]				
ti	[illegible] }	[illegible]	[illegible]				
	[illegible] }		[illegible]				

Vica-

Digitized by Google



§. LXI.

4) *Rbbia* cum ſeruo ſuo *munach* Gen. XXXXV, 5. Exod. XXXII, 31. Zach. VII, 14. Eccleſ. IIII, 10. Dan. I, 7. conf. Maſora ad Zach. loc. cit. et Porta accent. §. XI. et XVII.

5) *Paſchta* cum ſeruo ſuo *mahpach* Eccleſ. I, 7, VII, 10. Cant. I, 7. 12. III, 4.

6) *Tbbir* cum ſeruo ſuo *merca* Thren. I, 14. Ezech. XXXVI, 3. 2 Chron. XIII, 12. XXXI, 9. conf. Porta Accent. §. XII. circa finem.

7) *Paſer* cum ſeruo *munach* Gen. L, 17. Maſora ad Gen. XXXXV, 5. remittit, et obſeruat quinque eiusmodi dari exempla. Sed quia in hocce loco non Paſer ſed Rbhia inuenitur, FRANKIVS l. c. p. 175. aſſerit, hanc obſeruationem Maſoretharum Gen. L, irrepſiſſe, et ad Exod. XXXII, 31. pertinere.

8) Ducum vicarii cum ſeruis ſuis, nimirum

α) ſub Sarka vicarius *merca* cum ſeruo *kadhma* Leuit. X, 12. Iud. XXI, 21. Nehem. XII, 44. conf. Maſora ad Leuit. X, et Porta accent. §. IV. circa fin.

β) ſub Paſchta 1) vicarius *merca* cum ſeruo ſuo *kadhma* Deut. VIII, 16. 2) vicarius *mahpach* cum ſeruo ſuo *munach* Thren. IV, 9. Ion. IV, 2. 3) vicarius *mah-*

eaque vox eſt vna ex quindecim vocibus, quae ſcribuntur vt vox vna, et leguntur vt duae. Quae obſeruatio rationem quandam duplicis accentus indicat, vt in ſequentibus videbimus.

pach cum ſeruo ſuo *kadhma* Leuit. XXV, 46. Num. XX, 1. Ezech. XLIII, 11. Dan. III, 2. Eſr. VII, 24. 2 Chron. XXXV, 25. conf. Maſora ad Leuit. XXV.

γ) Sub Tbhir vicarius *Darga* cum ſeruo *kadhma*, quater Iob. I, 15. 16. 17. 19. ſecundum FRANKIVM l. c. p. 174. lit. I. et in Bibliis IABLONSKI, ſed OVSEEL in Introduct. laudata Cap. XV. §. XX. quintum locum addit Nehem. II, 17.

§. LXXX.

Quod tandem ad accentus duplices coordinatos attinet, illi in vna voce rariſſime occurrunt, ſcil.

1) domini duo coordinati *Tliſcha gdbola* et *Gereſch* vel *Graſchaiim* Gen. V, 29. Leuit. X, 4. 2 Reg. XVII, 13. Ezech. XLVIII, 10. Zephan. II, 15. quae loca a Maſora ad Gen. V, 29. enumerantur.

2) duo ſerui coordinati, et quidem

α) *merca* et *munach*, qui in eadem voce coniunguntur Gen. XXVIII, 2. 5. 6. 7. Num. XVII, 23. Ieſ. XL, 8. LXVI, 3. bis. 1 Chron. XXI, 5. in Bibliis IABLONSKI, quibus OVSEEL l. c. p. 369. addit Iud. XX, 15. 17. 2 Sam. XXIV, 9. 2 Reg. III, 26. et praeter haec loca duo iſti accentus inueniuntur Hoſ. XIV, 10. in Bibl. OPITII et BVXTORFII, qui BVXTORFIVS ſimul etiam adducit Eſth. V, 6. et Gen. XXII, 7. conf. eius Theſ. gram. p. 58.

β) *merca* cum *mahpach* Num. XVII, 23. Ruth. II, 14. et ſecundum Biblia OPITII et BVXTORFII itemque in Theſauro eius grammat. pag. cit. Ezech. XXVI, 15. et Thren. IV, 7.

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO II.

RATIONEM DVPLICIS ACCENTVATIONIS SVPPEDITANS

§. LXXXI.

Sicut diſcrimen inter accentuationem ſimpliciter duplicem et inter accentuationem duplicem conſecutiuam intercedit, ita etiam rationem duplicis accentuationis inueſtigans aliter de hac et aliter de illa iudicare debet. Vt igitur hic quoque rem noſtram diſtincte proponamus, ſeorſim de ratione accentuationis ſimpliciter duplicis, et ſeorſim quoque de ratione accentuationis duplicis conſecutiuae agamus neceſſe eſt. Et haec eſt cauſa, cur ſectio haec in duo membra diuidatur. De ratione accentuationis ſimpliciter duplicis apud multos accentuum ebraicorum doctores altum eſt ſilentium, ab aliis vero ratio inſufficiens ac indeterminata adfertur. Hinc ſperamus fore, vt laborem ſuperuacaneum haud ſimus ſuſcepturi, ſi in rationem iſtam paullo accuratius in primo huius ſectionis membro inquiſiuerimus, veramque accentuationis ſimpliciter duplicis rationem indagauerimus.

MEMBR. I. IN SPECIE

RATIONEM ACCENTVATIONIS SIMPLICITER DVPLICIS DOCET.

§. LXXXII.

Ratio accentuationis ſimpliciter duplicis pro diuerſa accentuum ſubordinatorum et coordinatorum indole poteſt eſſe diuerſa. Exempla accentuum ſubordinatorum ſuppeditata

ditata ſunt §. LXXVII. LXXVIII. LXXVIIII. et quod ad iſtorum rationem attinet, illa omnia non vnam eandemque agnoſcunt, cauſam. In quibusdam vocibus duo accentus ſubordinati apparent, quia iſtae ex duabus vocibus ſunt conflatae v. g. Gen. XXX, 11. בָּגָד quae vox in duas voces reſoluenda eſt בָּא גָד, ſicut in Maſora ad eandem annotatur, prouti iam ad §. LXXVIIII. nota **) monuimus. †). it. Deut. XXXIII, 2. אֵשְׁדָּת ponitur pro אֵשׁ דָּת *ignis legis* ſ. *lex ignea*, et in margine adſcribitur ב׳ טעמים i. e. duo accentus in hac voce deprehenduntur, ideoque maſora iterum annotat ט״ו מילין כתיב מילה חדא וקרי׳ תרי׳, i. e. *quindecim voces ſcribuntur vt vna et leguntur vt duae.* Ier. II, 31. מַאְפֵּלְיָה pro מַאְפֵּל et יָהּ caligo Dei ſ. *caligo maxima*. Et ſic etiam ex eadem compoſitionis ratione deprehendimus Ier. VI, 29. מֵאֶשְׁתַּם pro מֵאֵשׁ תַּם *ab igne conſumtum*, et Ezech. VIII, 6. מַהֵם pro מַה et הֵם *quid illi*, vbi Athnach in voce praecedente occurrens loco minoris ſui Tiphcha ſeruum ſuum munach adhuc ſemel adſumſit §. XXXII. Schol. II, 1. *a.* alter vero munach ſicut in exemplo praecedente eſt ſeruus Athnachi, huncque reſpicit.

§. LXXXIII.

In aliis exemplis, quae hanc mox nominatam vocum

†) Et ſic etiam vt taceam IARCHIUM aliosque Rabbinos, triplex Targum, quod extat in Pentateuchum, vocem noſtram tanquam duas voces conſiderat. Nam Onkeloſi verſio habet אֲתָא גָד, in Hieroſolymitano Targum vertitur אֲתָא, גָּדָא טָבָא, et in tertio Targum, quod vulgo adſcribitur Ionathani ben Vſiel, legitur אֲתָא מַזְלָא טָבָא׃ Vnde ſimul patet, quod in ſignificatu vocis גָּד determinando non omnes conueniant interpretes, licet plerumque, ſicut hic, alii vertant, *venit fortuna*, aliique *venit turma*. Conf. IACOBI CAPELLI obſeruat. in Geneſ. ad h. l. et MATTH. POLI Synopſ. Criticorum ad h. l.

cum compoſitionem haud admittunt, vnus ex accentibus illis ſubordinatis loco meteghi adhibetur. Id quod etiam notiſſima illa DANZII regula *) indicat, *pro metegh alternat nonnunquam accentus ordinatiuus.* Cum enim accentus coniunctiui et diſtinctiui vnico nomine dicantur ordinatiui (§. XXIII.), et ex diſtinctiuis late ſumtis is qui reſpicit alterum, et hoc minor eſt reſpectu dignitatis claſſicae, ſubdiſtinctiuus audiat (§. XXV.); idem eſt, ſiue quis dicat, pro metegh nonnunquam alternat accentus ordinatiuus, ſiue vero afferat, in vna eademque voce iſtius accentus, qui ex conſecutione ibi iam adeſt, ſubdiſtinctiuus vel ſeruus adhibetur, adeoque duo accentus ſubordinati in vna voce ſimul adparent (§. LXXVI.). Nec putandum eſt, quod verba ABICHTII **) rem noſtram infringant, quando *dixeris fortaſſe*, inquit, *alterum accentum in methegi locum eſſe ſubſtitutum, ſed quaero, vtrum in voce monoſyllabica metheg ponatur in ſyllaba compoſita, ex quo manifeſte ſequitur, quod auctor accentuum accentum tonicum in locum methegi ſubſtituere nec voluerit nec potuerit.* Nam metheg, adeoque etiam alius pro iſto ordinatiuus accentus in voce monoſyllabica vtique poteſt adhiberi, ſi eadem cum ſequente per Makkeph cohaereret; ſicut etiam metheg laxum in ſyllaba compoſita omnino datur. ***) Quod ſi vero vlterius quaeratur, cur loco methegi accentus ordinarius ponatur; tunc ABICHTIO concedere hoc volumus, quod per ſubdiſtinctiuum vel ſeruum domini cuiusdam in eadem voce methegi loco occurrentis peculiaris ſyllabae iſtius, quam occupat,

*) Conf. eius Compend. Grammat. §. 13. I. obſ. 3. p. 27.

**) Conf. eius Accent. Hebraeorum Cap. I. §. 10. p. 11.

*** Vid. b. DANZII Comp. Grammat. §. 13. Membr. II. p. 27.

Digitized by Google

modulatio indicetur, et exinde aliquo modo ad vſum muſicum accentuum in hoc caſu concludi poſſit.*)

§. LXXXIIII.

Haec autem peculiaris ſyllabae cuiusdam modulatio haud raro ob emphaſin inſtituitur, adeoque duplex in vna voce accentus affectum loquentis ac res per vocem denotatae dignitatem indicat. Quam emphaſin FRANKIVS **) ita probare conatus eſt: „Senſum ſ. ſcripturae ab accentibus „praecipue dependere, accentusque ad determinandum certum ſenſum adhiberi, tam clarum eſt, vt nemo, cui quidem ſolide accentuationis ratio cognita, negare poſſit. „Quid? ipſi horum punctorum hoſtes, quae veritatis vis eſt, „fateri coguntur. Indicant vero ſenſum vel ſimpliciter, vel „etiam pathetice aut emphatice. Ad ſimplicem ſenſum illa „accentuum geminatio non requiritur: nam ille ſatis patet „per ordinariam et ſimplicem interpunctionem. Reſtat ergo, vt duplex accentus ſiſtat emphaſin aut πάθος. Haec „etiam multis in locis ita in aprico iacent, vt qui coecus „non eſt, facile videat.„ Licet vero omnia haec concedamus, exinde tamen nondum ſequitur, quod vir iſte clariſſimus in antecedentibus aſſerit, omnem nimirum duplicis accentuationis rationem eamque ſolam eſſe emphaſin aut πάθος. Qua in re tamen praeter alios GEORG. VENZKY ***) eum ſequi videtur. Si enim dicendum quod res eſt, ex mea quidem ſententia in omnibus ac ſingulis accentuationis noſtrae duplicis locis ne Oedipus quidem ſemper inueni-

re

*) Conf. Abichtii Accent. Hebr. Cap. VI. §. 1. p. 85.

**) Vide eius Tenebras lucidas ſ. Diacriticam ſacr. P. III. §. 272. p. 177.

***) Conf. germanicam eius Accentuat. proſaic. Hebraeorum Cap. III. Sect. I. §. 18. et Cap. IV. §. 7. num. 3. p. 254.

Digitized by Google

re poterit emphaſin, niſi multa interdum fingere velit. Cauendum igitur hic quoque eſt, partim ne emphaſes nimis augeamus atque multiplicemus, partim ne propter abuſum ipſam rem denegemus.

§. LXXXV.

Quod vero ad accentus coordinatos attinet, probe iterum conſiderandum venit, num duo domini, an vero duo ſerui in vna voce concurrant. Qui in vna voce combinantur domini duo ſunt tantum Tliſcha gdhola et Gereſch vel eius alternans Graſchaiim (§. LXXX.); et huius concurſus rationem ſi quaeras, plurimi accentuum doctores ad emphaſin ſtatim refugiunt, ita vt propter illam vox duobus iſtis accentibus notata ſit repetenda et in lectione bis pronuncianda. Sed concurſus duorum in vna voce ſeruorum plus difficultatis illis creauit, adeo vt acutiſſimus IABLONSKI *, *perplexa iſthaec*, dicat, *accentuatio mihi eius rationem ſcrupuloſius perquirenti diu crucem fixit, maxime cum animaduerterem, viros iſti ſtudio deditos in ea explicanda varie ſe torquere, emphaſes et neſcio quid in ea venari, nec tamen quod noſtris circa eam dubiis ſatisfacerent, proferre.* Addit vero auctor mox laudatus ſuam etiam hac de re ſententiam, dum pergit, *plane autem mihi videor deprehendiſſe, eiusmodi accentuationem mendoſam eſſe et ex errore natam; et accentum, qui in vltima comparet*, *non* mercam *ſed nudum* meteg *eſſe debere.* Quoniam vero de vnico tantum caſu IABLONSKI loquitur, quando nimirum illa geminati in voce vna accentus ſpecies in participio praeſenti *kal* in literam mobilem terminato deprehenditur, et dubium adhuc reſtat, vtrum metegh poſt

 tonum

*) In praefat. ad Bibl. Hebr. §. 17.

tonum eſſe poſſit; nos de omnibus ſeorſim et diſtincte nunc agemus, et dubio iſti ſatisfaciemus.

§. LXXXVI.

In ipſis accentuum coordinatorum exemplis codices tam impreſſi quam manuſcripti miro modo a ſe inuicem diſcrepant. Hinc etiam in varietate codicum, adhibitis principiis aliis cognitis atque veris, duplicis noſtrae accentuationis rationem deprehendi poſſe arbitror. Sic nimirum ſub *paſchta* in tribus exemplis Num. XVII, 23. Ezech. XXVI, 15. Thren. IV, 7. in voce praecedente *merca* et *mahpach* coniunctim adparent, ita vt merca vltimam, mahpach vero penultimam ſyllabam occupet. Cumque vox iſta praecedens ſit Milra, ſiue tonum habeat in vltima, et paſchta pro ſeruo adſumat mercam, quando inter tonum domini et ſerui nulla ſyllaba intercedit (§. XIX, 2.); in voce illa recte adhibetur merca, quia vox paſchtâ notata tonum in prima ſyllaba habet. Quoniam vero vox praecedens ſaepe etiam ex Milra fit Millel, ſiue tonum ex vltima ſyllaba ad penultimam retrahit ob tonum immediate ſequentem (§. XVI. III. a. 4. Gram. Danz.), et paſchta tunc adſumit mahpachum, quando inter tonum domini et ſerui vna ſyllaba intercedit (§. XIX, 2.); vox iſta praecedens tunc etiam recte habet mahpachum. Si igitur vtrumque caſum poſſibilem, quorum alter in vno altero, alter in codice deprehendi potuit, in vna eademque voce exprimere velimus, exinde perſpicere poſſimus, cur in tribus exemplis ſupra adductis ſub paſchta merca et mahpach in voce praecedente concurrant. Et ſic etiam de 5. illis locis, in quibus vox vna tam Gereſchum quam Tliſcham gdholam habet (§. LXXX. num. 1.) iudicare poſſumus. Conſtat nimirum ex accentuum conſecutione, quod omnes duces pro ſubdiſtinctiuo ſuo minore habeant

Gereſch

Gereich (§. XX X.), et quod in ſic dicto poſitu maiorato ſubdiſtinctiuum maiorem Tliſcham gdholam loco minoris Gereſch haud raro admittant (§. XXXII. Schol. I, 2.). Si igitur iterum adſumamus, quod in codice quodam Cereſch vel Graſchaiim in alio autem Tliſcha gdhola adhibitus, et diuerſitas haec ſimul expreſſa fuerit; in vna eademque voce nunc Gereſch et Tliſcha gdhola ſimul deprehenduntur.

I) Nolo tamen in quinque vltimis locis per rationem mox adductam omnem negare emphaſin, ad quam exprimendam vox Gereſcho et Tliſchâ notata in lectione repetenda et bis pronuncianda eſſet. Et hoc eſt, ad quod Maſorethae ad Gen. V, 29. intendunt digitum, dum ſcribunt, חקורא יטעים הגריש קֹודם התרסא i. e. lector modulationem Gereſchi prius quam Tarſae ſiue Tliſchae gdholae (vid p. 19.) inſtituat.

II) Exemplum quartum in quo ſub Paſchta in voce praecedente merca et mahpach coniunctim adparent, extat Ruth 2, 14. גֹּשִׁי הֲלֹם *accede huc* (§. LXXX, 2. β). Sed in illo alia adſumi debet ratio, quia vox praecedens hoc loco tantum admittit ſeruum mahpach, ſiue ſeruus ſit in vltima גֹּשִׁי, ſiue ob tonum retractum ſit in penultima גֹּשִׁי (§. XIX, 2.). Quomodo igitur hunc caſum concipere debeamus, ex §. ſequenti et ratione ibi adducta diiudicandum erit.

§. LXXXVII.

Si tandem concurſum ſerui *merca* cum *munach* in eadem voce conſideramus, ille non ſub vnico ſed ſub diuerſis dominis deprehenditur. Sic enim ſerui illi ambo *ſub Rbbia* ſemel 2 Reg. III, 26. *ſub Atbnach* quinquies Iudic. XX, 15. 17. Ieſ. XL, 8. LXVI, 3. Eſther V, 6. totiesque *ſub Sakeph katon* Num. XVII, 13. 2 Sam. XXIV, 9. Hoſ. XIV, 10. Ieſ. LXVI, 3. 1 Chron. XXI, 5. coniunctim adparent. Cumque tres hi domini vnicum ſeruum munach admittant (§. XVIII.); merca, qui cum munach in voce praecedente combinatur,

non poteſt eſſe ſeruus eorum, prouti de illo ſub Paſchta in §. praec. adſeruimus. Ergo alia inſuper principia ad diiudicandum horum duorum in vna voce coniunctim adparentium ſeruorum concurſum adhibenda erunt. Sicut vero hac ratione concurſus mercae et mahpachi in vna voce ſub paſchta obuius diſcrepat a concurſu duorum ſeruorum mercae et munachi ſub tribus dominis mox nominatis in voce praecedente coniunctim adparentium; ita in eo deprehenditur conuenientia, quod in exemplis ab vtraque parte adductis vox domino notata vel tonum in prima ſyllaba habeat vel monoſyllabica ſit, vox autem duos ſeruos admittens tonum collocet in vltima ſyllaba. Vt igitur concurſum mercae et munachi etiam perſpicere poſſimus, tria praemittemus principia, ex quibus iſtum haud coacte deducere poſſumus. Notum nimirum eſt, 1) quod tonus ſaepe ex vltima ſyllaba vocis ad penultimam dimittatur ob tonum immediate ſequentem * (§. 16. III, α. 4. Gr. Danz.), ita vt vocalis longa vltimae ſyllabae compoſitae permutetur in breuem ſibi cognatam ** (§. 18. I, 1. l. c.); 2) quod tono per makkeph ablato vocalis longa in voce remanens per metheg ſuſtentetur *** (§. 18. I, obſ. 2. l. c.); quod metegh neceſſarium raro omittatur, ita vt in metrica praeſertim accentuatione philologi makkeph expreſſum et makkeph ſubintellectum aſſumant. **** Cum igitur vox duobus

*) v. g. Gen. I, 5. IV, 17. VI, 8. Pſalm XVIII, 8. LXXXXII, 10.

**) v. Levit. XXIIII, 20. Pſalm LXXXXI, 4. LXXXXIIII, 9. CII, 19. Proverb. XXVII, 1. Iob. XXVIIII, 3. Eſther. II, 13. VII, 3.

***) v. g. Gen. III, 3. IIII, 25. Pſalm. CIIII, 12.

**** v. g. Pſalm. V, 5. VI, 3. XVIII, 20. XXXXVIIII, 15. LXXII, 9. conf. I. H. MICHAELIS gründlicher Vnterricht von den Accenten, p. 71. & celeber. I. D. MICHAELIS Anfangs-Gründe der Hebr. Acc. §. 45. p. 40.

bus noſtris ſeruis notata vltimam ſyllabam habeat compoſitam in *Zere* terminatam, atque adeo tonus in iſta ſyllaba vltima ſit, et hancce tonus immediate in voce domino notata ſequatur; ex vltima vocis praecedentis tonus poteſt retrahi ad penultimam, atque tunc vox iſta in penultima ſuum collocat ſeruum munach, ita vt vocalis longa vltimae ſyllabae permutanda eſſet in breuem. Quia vero etiam vox iſta praecedens cum voce ſua ſequente per lineolam makkeph copulari poteſt; ea tunc ſeruum ſuum amittit, et longae vocali vltimae ſyllabae adiici poteſt metegh. Quodſi igitur vtrumque caſum poſſibilem in vna eademque voce exprimere, et makkeph deinde omittere ſiue ſubintelligere velimus; ſeruus munach cum methegh ſibi poſtpoſito in vna voce occurret. Et ſi cum IABLONSKI adſumamus, quod merca per errorem ex methegh ortus ſit (§ LXXXV.), tunc perſpici poterit, cur in vna eademque voce merca et munach combinati ſint.

I) Ne quis probationem hanc noſtram infringere poſſit, praemiſſas quasdam hic obuias et a nobis adſumtas illuſtrabimus, ac eo ipſo confirmabimus. Deprehenditur nimirum *Eſther* 5 6 in Bibliis IABLONSKI, OPITII et aliis וְיִנָּתֵן, ita vt in voce וְיִנָּתֶן tonus ex vltima ad penultimam retractus et vocalis longa in breuem mutata fuerit; ſed in Bibliis BVXTORFII vocalis longa manſit, et illi merca loco methegi adiecta eſt h. m. וְיִנָּתֵן. Sic etiam, ne quis de lineola makkeph omiſſa dubitet, notet velim, quod Genes. XXII, 7. OPITIVS. IABLONSKI et alii habeant הִנֶּנִּי בְנִי, ſed in Bibliis BVXTORFII et duobus aliis a Iudaeis ipſis Hanouiae et Pragae editis adeſt makkeph, vt Buxtorfiana habeant הִנֶּנִּי־בְנִי, Hanouienſia vero melius adhuc הִנֶּנִּי־בְנִי. Et hac ratione perſpici poteſt, quod de varietate codicum nihil finxerimus. Apparet vero ſimul quoque ex vltimo hoc exemplo, quod, ſicut IABLONSKI bene conicit, merca loco methegi fuerit ſubſtitutum. Vt beneuolus autem

lector

lector, qui Bibliis IABLONSKI caret, hanc ſententiam diiudicari
poſſit ipſa verba auctoris huius adducemus. En tibi iſta! „vo-
„calis longa finalis accentu ſuo, dum is ad penultimam retra-
„hitur, deſtituta, fulcrum iſtud (*ſcil. metheg*) omnino requirit;
„ſed in eo dignoſcendo Typothetae ceſpitarunt, occaſionem
„errori praebentibus codicibus manuſcriptis, qui *mercam* et
„*metheg* eadem plane forma pingunt; in pleriſque vterque ex-
„primitur per virgulam inclinatam (ʹ), in *Seideliano* per per-
„pendicularem (ı), in vniuerſis ita, vt inter *meteg* et *mercam*
„differentia oculo pateat nulla, verum circumſtantiis vocis di-
„iudicanda veniat. Hinc factum eſſe puto, vt imperitiores
„Typothetae pro *meteg mercam* ſubſtituerent. Id porro proba-
„bile fiet ad ſequentia attendenti: 1) Maſoram quae alias omnes
„accentuum anomalias tradit hic ſilere. 2) Codices, maxime
„Manuſcriptos, qui in accentuatione iſta multum variant, in
„eo conſtanter conſpirare, vt praetenſum illum *mercam* ibi
„tantum figant, vbi *meteg* requirebatur, eundemque exulare
„iubeant, vbi nulla eſt metegi neceſſitas, nimirum, vbi *vel*
„retractio accentus negligitur (vt Prov. X. 10. Impreſſi mei
„habent קֹרֵץ עַיִן, at Manuſcripti mei omnes קֹרֵץ cum ac-
„centu ſimplici in vltima: quod impreſſi, ipſeque Athias nonnun-
„quam, imitantur v. g. Iud. VIII, 10. vbi Manuſcriptum I. habet
„שֹׁלֵף, Impreſſi שֹׁלֵף): *vel* poſt retractionem, vocalis finalis
„longa in ſuam breuem corripitur, fulcri haud indigam v. g.
„Iudic. XX, 2, vbi Athias שֹׁלֵף Manuſcr. I. habet שֹׁלֵף, *Deſſ.*
שֹׁלֵף at MS. II. שֹׁלֵף. 3) Si poſt retractionem vltima per
„ſe ſit breuis, accentum non geminari; nempe, quia nulla ibi
„methegi neceſſitas. vt Prov. XX, 1. וְכָל־שֹׁגֶה בּוֹ. 4) Etiam
„vbi longa vocalis remanet, ſi tamen ea impura ſit, voce in
„literam quieſcentem deſinente, accentum non geminari; nem-
„pe quia metheg abeſſe poteſt, vbi quieſcens illa fulcri loco
„eſt, vt Prov. XIV, 27. :מִמֹּקְשֵׁי מָוֶת. ſic Prov. XV, 16.
„ante quiſcentem ה cap. XIX, 19. ante quieſcentem א et cet.
„quamuis codices quidam libere hic, metheg exprimant. 5)
„Ipſos

„Ipſos impreſſos codices obſeruationem noſtram firmare. Sic „Baſileenſia 2 Sam. VII, 24. legunt וַתְּכֹונֵן plane ex mente no„ſtra: item Ezech. XXVI, 15. בֵּהָרֵג etc. vt coniectura noſtra „non auctoritate minus quam ratione fulciatur„.

II) Praeter exempla hic adducta inuenitur etiam concurſus munachi cum merca, prouti §. LXXXV. diximus, Genes. XXVIII, 2. 6. פַּדֶּנָה אֲרָם, et Geneſ. XXVIII, 5. פַּדֶּנָה אֲרָם: Sed quia in פַּדַּן ob accedens ה paragogicum tonus manet in penultima (§. 54. II. obs. 1. *α*. et §. 16. I. obs. 2. *α*. Gr. Danz.) in illaque adhibetur munach, nec ex vltima demum retrahitur ad penultimam. Haec igitur tria exempla ab iis, quae ſupra in ipſo paragrapho adducta ſunt paullulum diſcrepant. Atque ideo vi principiorum ſupra adductorum dicendum tantum eſt, quod propter lineolam makkeph adiectam ablato tono, et per conſequens etiam ſeruo, metegh vocali *kametz* ante ſchua compoſitum fuerit adiectum. Sin autem makkeph omittitur, pro metegh merca ſcribitur, et vterque poſſibilis mox nominatus caſus exprimitur; tunc ſub voce פַּדֶּנָה munach et merca coniunctim adparent. Sic tandem etiam ex Bibliis IABLONSKI, OPITII, et aliis pleriſque ſub ſilluko concurſum duorum ſeruorum noſtrorum adduximus (§ LXXXV.) Gen. XXVIII, 7. פַּדֶּנָה אֲרָם:; ſed hic locus ſine omni dubio eſt mendoſus, quia ſilluk nunquam munachum agnoſcit ſeruum. Melius itaque in Bibliis BVXTORFII et Hanouienſibus duplex merca inuenitur h. m. פַּדֶּנָה אֲרָם:, licet Biblia Pragenſia vnicum ſeruum merca habeant h. m. פַּדֶּנָה אֲרָם:, qui concurſus deinceps eadem ratione ac in exemplis praecedentibus diiudicari poteſt.

III) Quia in praecedentibus Scholiis duarum editionum Iudaicarum, quas poſſideo, mentionem feci, de illis, quia rarioris apud nos ſunt vſus, pauciſſima tantum monebo. Vna editio, quae prodiit Pragae, eſt in 4. et Ebraicum gerit titulum, ex quo annotabimus, quod expreſſa ſit ſecundum ſupputationem minorem anno 291, i. e. poſt natiuitatem ſeruatoris noſtri 1531; quodque

hic inueniantur 1) quinque libri Moſis cum verſione Chaldaica Onkeloſi, et commentariis Raſchi, ſiue R. SALOM. IARCHI, ac Chaskuni, 2) quinque volumina, ſcilicet Canticum canticorum, Ruth, Threni, Koheleth, et Eſther, cum verſione Chaldaica et commentar. Raſchi, 3) Haphtarae omnes, ſiue pericopae propheticae quae in Synagogis praeleguntur. Altera editio prodiit Hanouiae in 8. anno 374 ſecundum ſupputat. minorem i. e. poſt Chriſtum natum 1614. Haec quoque editio Ebraicum habet titulum, ſimul tamen latine etiam additur *Biblia Hebraea cum triplici Targum in Pentateuchum*, ONKELI, IONATHAN, et *Ieroſolymitano*; *et commentario R.* SALOMO IARCHI *in omnes 24. S. Scripturae libros cum licentia ſuperiorum.* Eſt vero titulus hic non ſatis accurate expreſſus, ſed plus promittit quam in ipſo libro eſt. Deprehenduntur enim hic tantum 1) 5. libri Moſis cum triplici Targum et commentario Raſchi, 2) ex Hagiographis Cantic. canticorum, Ruth, Threni, Koheleth, Eſther, cum verſione chaldaica et commentario Raſchi, ita tamen vt libro Eſtherae ſecundum etiam Targum ſit adiectum, 3) ex libris propheticis iſtae tantum pericopae, quae quolibet ſabbatho atque feſtis diebus recitari ſolent.

MEMBR. II.

RATIONEM DVPLICIS ACCENTVATIONIS CONSECVTIVAE IN DECALOGO SVPPEDITANS.

§. LXXXVIII.

De duplici accentuatione decalogica in eo quidem omnes ferme conſentiunt, quod ab vno eodemque auctore vtraque accentuum ſcala fuerit orta, ſed ſi de ratione, cur duplex iſta accentuum conſecutio in decalogo fuerit poſita, quaerimus; in diuerſas accentuum doctores abeunt partes, et alter mox hanc alter mox aliam amplectitur hypotheſin. Diuerſas haſce nunc recenſebimus hypotheſes easque diiudicabimus, oſtendemus deinceps, quaenam vera dupli-

duplicis accentuationis ſit ratio, et demonſtrabimus quod duplex iſta, de qua loquimur, accentuatio ab vno eodemque auctore non ſit profecta.

§. LXXXVIIII.

Primam, quam nonnulli adſumſerunt, huius rei rationem inuenimus in antiquo illo Iudaeorum commentario in Exodum, cuius originem ad annum Chriſti 210. referre ſolent, et qui vocatur מכילתא *mechilta*. Pro auctoris libri huius ſententia Deus decalogum duplici modo elocutus eſt, ita vt primum omnia decem praecepta in vna ſerie ſine omni interruptione vno halitu pronunciauerit, deinde vero eundem repetierit et ſingula praecepta ſeparatim et ſigillatim diſtincte enunciauerit. Hanc hypotheſin alii deinceps etiam amplexi ſunt. Sic enim de illis magnus teſtatur BVXTORFIVS *; *Hebraeorum commentum hic eſt, Deum decem praecepta elocutum eſſe* בְּבַת אֶחָת *vna vice, vno momento,* בְּדִבּוּר אֶחָד *ſermone vno* בַּאֲמִירָה אַחַת *eloquio vno, oratione vna, h. e. vno ſpiritu et halitu, ſine vlla interſpiratione, mora, pauſa, vel diſtinctione, ita vt omnia verba tanquam verbum vnum et vox vna fuerint. Id inde exſtruunt, quod dicitur: et locutus eſt deus omnia verba iſta, verſ.* 1. *Quod cum populus non intelligeret, dixit ad Moſen: eloquere tu nobiſcum, et obſequemur, verſ* 19. *Sed Deus poſtea repetiit ſermonem, et ſingula verba diſtincte protulit, ideo additum eſt,* לאמור *dicendo verſ* 1. *Inde etiam nunc in prima nunc in tertia perſona locutus eſt: vt, ſex diebus fecit, verſ.* 11. *non autem feci &c. ex R.* SALOMONE, ABEN ESRA, R. BECHAI, R. ISAAC *filio Aramae, ex Tanchuma, Ialkut, Chaskuni.* Praeter hos notandi etiam ſunt R. DON ISAAC ABARBANEL et R. SALOM. IARCHI; qui hanc etiam

*) In theſauro grammaticae lingu. ſanctae Hebraeae Lib. V. Cap. V. addit. V. p. 59.

iam ſententiam non ſolum proferunt, ſed ad Mechiltam quoque prouocant. Sic enim hic ſcribit *): את כל הדברים
האלה מלמד שאמר הק״בה עשרת הדברות בדבור אחד מה
שאי אפשר לאדם לומר כן. אם כן מה תלמוד לומר אנכי
ולא יהיה לך שחזר ופירש על כל דבור. ודבור בפני עצמו:
i. e. per voces iſtas, *omnia verba illa*, docetur, *quod ſanctus ac benedictus deus decem verba pronunciauerit vno halitu, qualis pronunciatio ab homine non poteſt fieri. Si res ita ſe habet, quidnam lex vult dicere verbis iſtis* ego ſum *vers.* 2 *itemque* ne ſit tibi *vers.* 3.? reſpondetur *quod* deus *iterum explicuerit vnumquodque verbum ſeorſim.* ABARBANEL autem ita hac de re loquitur **, ובמכילתא אמרו את הדברים האלה דבר י״י
מלמד שאמר עשרת הדברות בדבור אחד מה שא״א לבשר
ודם לומר כן והקשו אם כן מה תלמוד לומר אנכי י״י אלהיך
לא יהיה לך אלא מלמד שאמרם בדבור אחד וחזר ופרש כל
אחד ואחד דבור בפני עצמו עד כאן. i. e. *et in Mechilta dicunt*, vocibus iſtis *verba illa locutus eſt deus* Exod. XX, 1. *indicatur quod elocutus fuerit decem verba vno habitu, id quod a nudo homine non ita poteſt fieri. Si vero res ita ſe habet*, quaeritur, *quidnam innuere velit dum dicit*, ego ſum Deus tuus, ne ſit tibi? *hoc tantum indicatur, quod pronunciauerit iſta vno halitu, ac deinceps etiam quodlibet praeceptum ſeorſim iterum diſtincte protulerit. Hactenus* ſcil. ſunt verba Mechiltae.

Ex hac, quam adduximus, ſententia duplicem accentuationis conſecutionem promanare praeter alios ipſe etiam BVXTORFIVS ſibi perſuadet, atque exinde rationem duplicis accentuationis

*) Vide eius Commentar. in Pentateuch ad verba Exod. XX, 1. *et locutus eſt deus omnia verba iſta.*

**) Conf. eius Commentar. in Sect. יתרו fol. 140. col. 1.

nis in decalogo obuiae dare voluit. Sic enim, *) *vno accentu* inquit, *continuata elocutio indicatur, qua Deus primo eius fertur: altero diſtincta, qua hominem ob anguſtiam ſpiritus et commodam diſtinctionem vti neceſſe eſt, et quam Deus ſecundo adhibuit.* Tantum vero abeſt vt in auctoritate BVXTORFII philologi alias maximi ac nunquam ſatis laudati acquieſcamus, vt hanc potius duplicis accentuationis hypotheſin plane reiiciamus. Nolumus iam vrgere quod ipſo BVXTORFIO teſte illam Iudaeorum de duplici pronunciatione Dei ſententiam Aben Eſra multis obiectionibus impugnauerit, eamque refutauerit, ſed hoc tantum monebimus: quod, licet vel maxime ipſam etiam rem concedamus, exinde tamen ratio, cur noſtra duplex in decalogo adſit accentuatio, dari ac perſpici minime poſſit. Si enim illud quod ſententia iſta enunciat, eſſet verum; totus decalogus vnico Silluko fuiſſet includendus, et quodlibet deinceps praeceptum Sillukum etiam in fine ſuo ſeorſim habuiſſet, atque ideo ſingula praecepta duplici gauderent accentuatione. Cum igitur duplex accentuatio in ſingulis praeceptis minime appareat, et praeter Sillukos praecepta reſpicientes non vnicus ſed tredecim alii Silluki in decalogo inueniantur; hypotheſis iſta pro reddenda ratione duplicis noſtrae accentuationis admitti non poteſt.

§. LXXXX.

Reiecta prima hypotheſi ad alteram progrediemur, quae a diuerſitate lectionis priuatae et feſtiualis publicae deſumta eſt. Hancce lectionis diuerſitatem cognoſcere poſſumus ex celebri inter Iudaeos libro עין יעקב, *Jeruſchalmi Schekalim* Fol. 112. col. 4. in edit. Amſtel. anno 444 impreſſa, vbi ſcribitur, יש ב׳ קריאות בי׳ דברות האחד כשקורא היחיד בינו לבין עצמו אינו מדקדק לקרות כל דבור ודבור בפני עצמו אלא מחלק הפסוקי׳ כסדר קריאתו כגון דבור לא יהיה לך שהוא ארוך עושה ממנו פסוקי׳ רבי׳ וכן זכור את יו׳ השבת וד׳ דברות אחרונים שהם קטני׳ עושה מכל׳ פסוק אחד אבל הקורא בצבור צריך שיקרא כל דבור ודבור בפני

 עצמו

*) Loc. cit. pag. 60. in med.

עצמו בין שיהיה הדבור גדול ר״ל גדול בכתב ובין שיהיה קטן יתחייב מזה שנוי בטעמים ובנקודות ובדגש ורפה להבדיל בין ב׳ הקריאות כפי ספור הנקודה: *duplex legendi modus datur in decalogo. Primus* modus in eo conſiſtit, *vt, quando priuatus quidam pro ſe ipſo priuatim legit, non ſollicite obſeruet lectionem cuiuslibet praecepti ſeorſim, ſed diuidat verſus ſecundum vulgarem legendi modum. v. g. ex praecepto* primo NE SIT TIBI, *quia longum eſt, plures facit verſus* (Exod. XX, 2. 3. 4. 5. 6) *Et ſic etiam comparatum eſt praeceptum tertium* RECORDARE DIEI SABBATHI (v. 8. 9. 10. 11.). *Sed ex quatuor praeceptis poſterioribus quae ſunt breuia, facit vnum verſum. Quando autem in conuentu publico aliquis legit,* neceſſe eſt, vt omnia ac ſingula praecepta ſeorſim legat, *ſiue ſint magna ſcil. in ipſa ſcriptura, ſiue ſint parua. Ex quo variatio in accentibus, itemque in Dageſch et Raphe ſequitur, quo diſcrimen inter duplicem lectionem in Codice punctato indicatum appareat.* Et diuerſum hunc legendi modum docet etiam R. MENACHEM in אור תורה fol. 10. col. 1. prouti ex illo I. H. MICHAELIS in notiſſimo ſuo compendio accentuationis p. 29. nota y edition. 6. obſeruat ſcribens, R. MENACHEM ſetzt den Terminum der verſicul für einen, welcher für ſich die 10. Gebothe lieſet; in öffentlicher Verſammlung aber müſten die 10. Gebothe recht deutlich vorgeleſen, und von einander unterſchieden werden.

Atque haec iam eſt hypotheſis ſecunda, quam pro reddenda ratione duplicis accentuationis adducunt. Et noſtrum de iſta iudicium eo redit, vt aſſeramus, aliquid veritatis in hac hypotheſi reſpectu accentuationis verſicularis et praeceptiuae vtique deprehendi; ſed eadem nondum tanquam ratio ſufficiens accentuationis duplicis conſiderari poteſt. Illa ipſa enim hypotheſis non ſolum nos vlterius progredi, et in cauſam inquirere iubet, cur priuatus peculiarem legendi modum obſeruet, quando decalogum priuatim legit, et cur in conuentu pu-

tu publico eundem alio modo legat; ſed etiam per hypotheſin illam nondum probatur, quod tamen, ex illa probari debet: *aliud* enim eſt, Iudaei duplici modo legunt, quia decalogum duplici accentuatione inſtructum inueniunt, *aliud* vero, duplicem decalogus habet accentuationem, vt ille duplici modo legeretur. Illud verum eſſe videtur et a nobis conceditur, hoc vero nondum adhuc extra dubitationis aleam eſt poſitum.

§. LXXXXI.

Tertia de accentuatione noſtra duplici hypotheſis eo redit, vt rationem huius rei in diuerſa decalogi lectione vel modulatione diuerſo tempore diuerſo modo inſtituta quaerant; ſiquidem *alia* inſtitueretur in menſe *Schebat*, in qua ex paraſcharum ordine in ſectione יתרו (quae extat Exod. XVIII, XVIIII, XX,) ſingulorum verſuum ratio in lectione habetur, *alia* vero in Feſto ſeptimanarum, quo ſingula praecepta ſeorſim in latae legis memoriam vna ſerie praeleguntur. Ad probandam hanc de diuerſa decalogum legendi vel modulandi ratione locus quidam ex commentario R. EZECHIAE, qui inſcribitur *Chaskuni*, ad Exod. XX, 14. adducitur, vbi haec leguntur יש ברוב הדברות שתי נגינות לדסר שבעצרה שהוא דוגמת מתן תורה ומתרגמי' הדברות קורין כל דברת לא יהיה לך וכל דברת זכור בנגינות הגדולות לעשות כל אחת מהן פסוק אחד שכל אחד מהן דברה אחת לעצמה ודברות לא תרצח לא תנאף לא הגנוב לא תענה קוקין בנגינות הקטנות לעשות ד' פסוקים שהם ד' דברות אבל בחדש שבט כשקורין בפרשת יתרו כשאר שבתות השנה קורין לא יהיה לך וזכור בנגינות הקטנות לעשות מכל אחד מהן ד' פסוקים ודברות . לא תרצח לא תנאף לא תגנב לא

לא תענה קורין בנגינות הגדולות לעשותן פסוק אחד לפי שלא מצינו בכל המקרא פסוק משתי תיבות חוץ מאלו ובשבועות דוקא כסו שפירש למעלה גם בדברות אנכי ולא יהיה לך יש נגינה גדולה לעשותן שתיהן פסוק אחד לזכרון שבדבור אחד נאמרו כיצד בתיבת אנכי פשטא ובתיבת אלהיך זקף קטון ובתיבת הוצאתיך תלשא ובתיבת מארץ מצרי׳ קדמ׳ ואזלא ובתיבת עברי׳ רביע: *Sunt in multis praeceptis duplices accentus, quo docetur, quod in feſto ſeptimanarum, quod formam promulgationis legis refert, et in quo decem praecepta interpretantur, legant totum praeceptum* NE SINT TIBI, *totumque praeceptum* RECORDARE, *ſecundum accentus ſuperiores, ita vt ex quouis eorum verſum vnum faciant, quia quoduis eorum vnum praeceptum conſtituit. Et praecepta*, NE OCCIDAS, NE MOECHERIS, NE FVRERIS, NE RESPONDEAS, *legunt cum accentibus inferioribus, ita vt quatuor verſus ex iis faciant, quia ſunt quatuor praecepta. E contrario in menſe ſchebbat, quando ſectionem Iethro legunt, leguntur illa praecepta, quemadmodum alii verſus in reliquis anni ſabbathis leguntur, ita vt praecepta* NE SIT TIBI, RECORDARE, *cum accentibus infernis legant, et ex quolibet eorum quatuor verſus faciant. Et praecepta*, NE OCCIDAS, NE MOECHERIS, NE FVRERIS, NE REPONDEAS, *legunt cum accentibus ſupernis ita, vt illa vnum verſum conſtituant: quoniam in tota ſcriptura ſacra nunquam inuenitur verſus duarum vocum, niſi in his praeceptis. Sed in feſto Pentecoſtes praeciſe, vti* ſupra *explicatum eſt, etiam in praeceptis* EGO SVM, *et* NE SINT TIBI *adhibetur vox eleuata, quia illa vnicum verſum conſtituunt, id quod nobis indicio eſſe debet, vno ſermone illa fuiſſe elocuta*, v. g. *in voce* אנכי *eſt paſchta, in* אלהיך *eſt*

eſt Sakeph katon, et in voce הוצאתיך *eſt Tliſcha, ſed in voce* מארץ מצרים *eſt kadhma et Asla, ac in voce* עבדים *eſt Rbbia.*

I) Circa hanc ſententiam in *Chaskuni* prolatam obſeruari poteſt, quod etiam MICHAEL BECKIVS in Diſſ. de duplici accentuat. decalogi teſtimonio alius Rabbini eandem confirmet. Sic enim de iſto effato, *et ſane*, inquit, *rem ita habere, teſtatur Erneſtus Chriſt.* ZARVOSSIVS *Rabbinus quondam et teſtis per multos annos domeſticus, qui ſancte profeſſus eſt, tribules olim ſuos in Feſto Pentecoſtes ſeu* חג מתן התורה *quo traditae legis memoriam recolunt, aliter decantare decem verba, et iuxta alios accentus, quam medio menſe Ianuario vel ineunte Iulio, in quos lectio Sabbathica Parſchae decalogicae tam in Exodo quam Deuteronomio incidit; in ſolennitate enim feſtiua haberi rationem accentuum* שמלמעלה h. e. *ſuperne appoſitorum, alias autem* שמלמטה *ſeu inferiorum, ibi decantari ſingulum praeceptum ea ratione, qua alias verſus prolixiores, hic vero modo conſueto. Videtur quoque hoc confirmari ex eo, quod accentus Decalogi, qui accentibus verſuum ordinariis contradiſtinguuntur et alias praeceptiui vocantur, qua tales ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ſuperiori apparent loco.*

II) Sententiam hancce multi noſtratium etiam tanquam hypotheſin genuinam pro reddenda de duplici accentuatione ratione agnoſcunt. Sed ex noſtra quidem opinione de hac hypotheſi idem fieri debet iudicium, quod de hypotheſi alia in Scholio §. praecedentis tulimus. Circa ipſam nimirum hypotheſin notandum eſt, nondum ex hoc teſtimonio cum certitudine tuto aſſumi poſſe, quod duplex iſta lectio vel cantillatio etiam in veteri Iudaeorum eccleſia iam fuerit vſitata; apud recentiores enim Iudaeos plura hodie ſunt recepta, quae apud veteres non deprehenduntur. Et de modulatione duplici quidem in ſpecie Theod. HACKSPAN in Notis philologico-theologicis ad Exod. XX, 3. p. 357. *certe non*, inquit, *perſuadere mihi poſſum, Deum rationem habuiſſe Muſices Iudaeorum, cum tunc temporis in vſu nondum fuerit.* Dein-

de vero hoc etiam circa concluſionem ex iſto teſtimonio illatam moneri poteſt, aliud eſſe, Iudaeos duplici modo nunc decalogum legere vel cantare, quia eundem duplici modo diſtinctum videant, aliud decalogum duplici modo eſſe diſtinctum, vt duplici illo modo legeretur; prius non autem poſterius verum eſſe videtur, conf. Ioan. FRANCKII Artificium artis Abicht. §. 3.

§. LXXXXII.

Ad ſpecialiorem nunc de ratione duplicis accentuationis decalogicae ſententiam, quae ordine noſtro quarta eſt, progredimur. Debemus illam GEORG. OTHONI Prof. quondam Lingu. Orient. et Poeſ. ordinario in Academ. Marburgenſi, qui *) *vt autem verſus*, inquit, *ita et accentuatio primario ſenſui, ſecundario ſpiritui hominis accommodatur.* Et hanc hypotheſin in primis etiam ad accentuationem decalogicam in Diſſertatione peculiari applicat, vt exinde rationem duplicis accentuationis reddere velit. Diſſertatio haec agit nimirum de gemina accentuatione S. Scripturae Hebraeae praeſertim decalogi, et exarata eſt typis Kürsnerianis 1688. Hypotheſin ipſam verbis auctoris proponemus. Sic vero ille P. II. Sect. II. *duae*, inquit, *nobis a Moſe relictae ſunt decalogi formae, prior Exod.* XX, 2 - - 17. *Deut* V, 6 - - - 21. *vtraeque eiusdem ſenſus, ſed diſtinctione et verbis quandoque inter ſe diſcrepantes. Ex his prior archetypon, quod Deus in Sinai recitauit, poſterior ectypon a Moſe in planitie Moab repetitum continet. Vtrique adduntur duae accentuationes, quarum vna priori, poſteriori altera propria eſt: Dei nempe accentuatio ſ. diſtincta pronunciatio Exod.* XX, *ſoli*

*) In compendio vniuerſae accentuationis, cuius altera editio 1731. Marburgi prouenit, §. 8. num. 3. p. 7.

ſoli ſenſui iuxta denarium praeceptorum, Moſaica autem Deut. V. *ad menſuram quoque ſpiritus humani accommodata fuit: Vnde quae Deus decem verſibus, duodecim verſibus Moſes extulit. Cum vtraque haec accentuatio oralis Dei et Moſis in literas eſſet relata, diuinae moſaica et moſaicae diuina iuncta fuit, prout ocularis inſpectio docet.* Itemque P. II. Sect. III. *prior formula* (Exod. XX,) *a Deo iuxta ſolum ſenſum, ſeu denarium praeceptorum numerum, poſterior* (Deut. V,) *a Moſe, ſecundum humani ſpiritus menſuram, quae ſenſui in longioribus vel breuioribus praeceptis non ſemper reſpondet, diſtincta fuit. Hinc vtriusque formae tam adoptiua quam genuina diſtinctio facile inuenitur.*

I) Et haec eſt ſententia Othonis, de qua maximopere laetatus et gloriatus eſt. Sin autem noſtrum de illa iudicium ferre debemus, iterum fatemur, quod nec hypotheſis eius indubia ſit, nec duplex accentuatio in decalogo adparens ſufficienter exinde concipi queat. Praecario nimirum duas diuerſasque decalogi formas aſſumit, ita vt archetypon Exod. 20. ectypon autem in Deuter 5. ex eius quidem ſententia inueniamus. Si enim eiusmodi formam decalogi duplicem accipere velimus, vnam qua Deus decalogum in monte Sinai pronunciauit, alteram, qua Moſes illum in planitie Moabitica repetiit; exinde ſequeretur, non vnum eundemque eſſe decalogi auctorem, ſed decalogum partim a Deo partim a Moſe eſſe promulgatum, in primis cum verba primi praecepti in prima, reliquorum autem in tertia perſona proferantur. Nec praeterea, vt DASERI verbis *) vti liceat, qualiscunque diuerſitas diuerſas ſubinde decalogi formas efficere poteſt, vnde apparet, eam diuerſitatem, quae heic occurrit, quaeue ipſomet OTHONE iudice, non ſenſum, ſed diſtinctionem et verba tantum concernit, non tanti eſſe momenti, vt archetypon in Exodo, in Deuteronomio autem ectypon contineri

*) In tractatu philologico-theologico in quo Auguſtiniana decalogi diuiſio ſtabilitur et vindicatur, Part. III. Cap. I. p. 94.

tineri rite adſeratur. Quoad praecipuos enim accentus tum in Exodo tum in Deuteronomio vna eademque, compoſita quippe, apparet accentuatio, nec diuerſitas, quae in vtroque loco inuenitur, aliunde repetenda, quam quod decalogus in Deuteronomio paulo copioſius explanatus eſt, ſpeciatim quoad III. et IV. praecept. aliisque verbis conſignatus, quam in Exodo. Inde autem non minus inepte duas diuerſasque Decalogi formas inferri, ac corruptio fontium vel diuerſitas locorum hiſtoriarumque ex diuerſitate verborum aut circumſtantiarum in dictorum V. T. in N. allegatione, vel commemoratione vnius cuiusdam hiſtoriae a IV. Euangeliſtis facta, occurrentium inferretur, quilibet intelligit. Hactenus Daſerus. Quodſi vero vel maxime ipſam ſententiam OTHONIS vt veram admittere velimus, exinde tamen nondum ſufficienter perſpici poteſt, cur haec nec alia duplex accentuatio actu in decalogo adſit. Adeoque nec hoc reſpectu hypotheſis othoniana nomen bonae hypoth. meretur. Si enim ex hoc fundamento Moſes aliam et a diuina Stigmologia diuerſam interpunctionem addidit, quod ſpiritus ſiue halitus meri hominis non ſufficiat totam pericopam v. 4-7. quae ex eius mente ſecundum praeceptum efficit, et praeceptum tertium v. 8-12. in vna ſerie ſine interruptione pronunciare; nullam videmus rationem, cur Moſes diuiſionem praeceptorum V. VI. & VII. teſte Othone a Deo inſtitutam dereliquerit, iſtaque vna cum octauo praecepto in vnum verſum ſub vnico Silluk combinauerit, et cur e contrario non potius in verſu decimo, itemque in verſu decimo quarto, qui ex Othonis ſententia vnicum praeceptum efficit, pauſam magnam adhibuerit, quippe qui admodum difficulter vno halitu ab homine quodam pronunciari poterunt.

II) Hoc praeterea notandum eſt, non eſſe, quod OTHO de inuentione nouitatis et reſolutionis duplicis accentuationis tantopere gloriari debuerit, nam perantiqua Iudaeorum ſententia a nobis §. 89. allata facile ad hanc hypotheſin ei potuit praebere occaſionem. Multi nimirum Rabbini verba *Mechiltae* ita interpretantur, vt quaedam ad Moſen referant et de illo aſſerant, quod

Digitized by Google

quod poſt diuinam decalogi elocutionem vnumquodque praeceptum ſeorſim pronunciauerit et explicuerit. vid. BVXTORFII Theſ. Grammat. Ling. Sanct. Hebr. Lib. I. Cap. V. addit V. p. 59. et I. F. BREITHAVPTI verſio latina Commentarii *Raſchi* ad Exod. XX nota 5. ex qua de duplici pronunciatione coniectura ſententia Othonis parum diuerſa originem ſuam ſine dubio traxit. Sed et philologus ille duplici inſuper modo ſibimet ipſi contradicit. Nam decalogi terminum ab initio conſtituit a Exod. xx. 2 - 17. et a Deutr. V. 6 - 21. et deinde tamen in diuiſione ſua decalogi verſum 2. Exod. xx. et verſum 6. Deutr. V, e numero praeceptorum excludit. Porro in vtroque loco ſedecim verſus decalogo adſcribit ac deinceps tamen aſſerit, *quae Deus* 10. *verſibus incluſit duodecim verſibus Moſes extulit*; vt taceam eundem accentuationem duplicem pro lubitu ſuo interdum mutaſſe.

§. LXXXXIII.

Quintam tandem, eamque iterum etiam reiiciendam, de duplici accentuatione decalogica ſententiam profert ELIAS SCHNEEGASSIVS, celeberrimus quondam Iurisconſultus, qui non ſolum tabulas ſynopticas de accentuatione in fol. 1657. Lipſ. ſed latinam etiam verſionem Cap. I - X. Ezechielis edidit. Eo autem eius ſententia redit, vt in praefatione ad Verſionem laudatam aſſerat, *magna multaque in iis latere myſteria, quilibet fateri neceſſe habet, qui duplicem in Decalogo et aliis in locis conſiderabit accentuationem. Nemo vnquam fuit, ex omnibus retro hominibus, qui rationem eius dare potuit, nec erit poſthac vllus, qui eam penetrare valebit, nec eſt, quod tentes.* SCHNEEGASSIVM ex parte ſequitur diſcipulus eius ANDR. REINBECK, licet diſcrimen accentuationis verſicularis et praeceptiuae in Decalogo perſpexerit et expreſſerit. Sic enim in Doctrina de Accentibus Hebraeorum Cap. VII. §. XI. p. 219. *reſtat*, inquit, *duplex accentuatio Decalogica; quae plura dubio procul in receſſu habet,*

 quam

quam nobis vſque ad hanc diem cognitum. Hoc tamen certum eſto, diſtinctionem decem praeceptorum ex iis liquido cognoſci poſſe: quod vt ad oculum demonſtretur, ex Exodo vtramque conſecutionem (verſicularem nimirum et praeceptiuam) *e regione repraeſentabimus.*

Sententia haec reliquis omnibus erit poſtponenda. Sicut enim illa ignauiae tantum praebet anſam, ita quoque patroni eius in eo peccant, quod a cognitione ſua ad aliorum cognitionem concludant, et myſteria ſine neceſſitate fingant. Interim vero tempori eorum aliquid eſt dandum, et viri illi magis venia quam refutatione ſunt digni. Sine dubio enim de reſolutione duplicis accentuationis, quam SAM. BOHLVS in Diſſert. de vera diuiſione decalogi ex infallibili principio accentuationis Roſtochii 1637. habita, inſtituit, nihil adhuc audiuerant. Iſtud vero aliquis mirari poterit, quod Theodoricus HACKSPANIVS mentionem BOHLII eiusque hypotheſeos faciens in Notis philologico theologicis p. 358. aſſerat *non placent itaque* BVXTORFII *rationes, multo minus* BOHLII. *Quae autem duplicationis illius ratio ſit, adhuc dum ignoramus.* Sed mirari deſinet lector noſter beneuolus, ſi perpendere velit, quod HAKSPANIVS forſitan ipſum BOHLIVM non legerit, nec eius ſententiam ſatis intellexerit, ſicut ex verbis eius BOHLIVM prolixe taxantibus colligere poſſumus, in primis exinde, quod ne nomen BOHLII quidem accurate expreſſerit, ſed bis p. 353. et 354. auctorem huncce male vocauerit M. IOANN BOHL. Sicut etiam inſuper notandum eſt, quod HACKSPANIVS generatim in doctrina de accentibus ſatis conſtans ſibi haud fuerit: nam modo aſſerit, puncta hebr. non eſſe literis coaeua, nec eſſe de eſſentia S. Scripturae, nec eorum abſentia perſpicuitati Scripturae quicquam decedere, conf. notas citat. P. I. p. 175. 528. 607. ſqq. modo ſummae audaciae eum accuſat, qui accentus eorumque vim deſerere velit. conf. l. c. P. II. p. 74. 79. 494. 912. 1016. 1053.

§. LXXXIIII.

Reiectis nunc quinque de accentuatione duplici hypotheſi-

theſibus, ſextam, quam adprobamus, ſententiam indicabimus. Eo autem iſta redit, vt rationem duplicis accentuationis in diuerſo praeceptorum et verſuum termino quaeramus, ita vt credamus, vnam accentuum conſecutionem reſpicere praecepta eorumque terminum, quae *praeceptiua* vocatur, alteram vero ſe referre ad verſus eorumque terminum, quae *verſicularis* audit. Quam ſententiam SAMVEL BOHLIVS in Diſſertatione §. praeced. nominata primus protuliſſe dicitur, et S. R SANCKIVS eandem indicans in Compendio ſupra laudato p. 143. nota h. recte adiicit: *Ihm* (BOHLIO) *ſind bey nahe alle Lutheriſche Theologi und Philologi nachgefolget.* Quando vero pergit: *Denn die Reformirten koennen nicht, weil ſie wider die Accentuation die zehen Gebote theilen,* hoc non vniuerſaliter ſed de plurimis tantum intelligendum eſt. Sic enim v. g. Phil. OVSEEL Eccleſ. Reform. Germ. Lugd. Batau. verbi diuini miniſter in introductione ad accentuat. Hebr. prolaicam, conſenſu et adprobatione Facult. Theologicae in Academia Leidenſi ao. Chriſti 1715. impreſſa, Cap. XV. §. 33. *integra*, inquit, *oratio duplici accentu gaudens, tantum extat in decalogo, tum primum promulgato, Exod.* XX. *tum poſtea repetito Deut.* V. *quarum interpunctionum altera verſiculos deſignat, altera vero denarium verborum numerum indicare videtur, vnde decalogus denominatur.* Et poſtquam accentuationem tam verſicularem quam praeceptiuam ex Exodo et Deuteron. ſeorſim propoſuit §. 34 - 36. et diuiſionem noſtram Auguſtinianam omnino ſecutus eſt, in §. 38. tandem pergit, *haec eſt duplicis huius accentuationis analyſis, prouti illam ex optimis codicibus ſecundum veram accentuum conſecutionem expreſſimus, non tantum vti in Exodo prima vice extat, ſed et quemadmodum non ſine varietate, et quoad voces, et quoad diſtinctiones accentuum, in Deuteronomio reperitur.*

I. Sen-

I. Sententiae huius veritas tam a poſteriori quam a priori probari poteſt. A poſteriori nimirum res ita patet. Si

1) ſingulos verſus decalogum conſtituentes ſeorſim conſideramus, eosque ſecundum regulas accentuationis proſaicae et proceſſum ibi obſeruandum accentibus inſtruimus, ac deinceps

2) circa quodlibet iterum praeceptum ac mandatum ſeorſim eodem modo agimus, et

3) tandem vtramque accentuum conſecutionem textui ſacro adponimus, ita vt ſimplex et vnica tantum figura in vocibus, in quibus ob diuerſum conſecutionis duplicis reſpectum eadem accentuum figura bis adiicienda eſſet, adhibeatur, adeoque vnus accentus pro duplicis conſecutionis indole bis tunc numeretur, idem plane accentuum conſpectus, qui in Bibliis adparet, aderit, prouti mox pluribus oſtendetur.

Atque ſic patebit, quod duplex decalogi accentuatio diuerſo praeceptorum et verſuum termino nitatur.

II. Sin autem a priori nunc etiam huius rei veritatem probare debemus, duplex principium vt aſſumamus et praemittamus neceſſe eſt. Pro indole nimirum linguae Ebraeor. et natura interpunctionum ibi occurrentium fieri commode haud poteſt, vt propoſitiones nimis multae ſub vnico Silluko ponantur. Nam ſenſus iſto in caſu apte determinari non poſſet, quia in vocibus illis, quae a dominis praecipuis longius in eorum ditione diſtant, accentus infimae claſſis, et ſub hiſce nil niſi ſerui tanquam ſubdiſtinctiui adhibentur, ex quibus non amplius diiudicari poteſt, vtrum voces per illos coniungantur an vero ſeparentur, multo minus, an maior vel minor diſtinctio facienda ſit. Porro Maſora in ſpecie docet, quod verſus biblicus numerum quadraginta vocum non ſuperet, cuius quantitatis exempla quinque adducuntur. Ier. XXXVIII, 4. Dan. III, 15. V, 23. VI, 13. Eſther III, 12. quibus etiam addenda ſunt 2 Reg. I, 16. XVI, 15. Ierem. XXI, 7. Eſth. IIII, 11. et VIII, 9. 43. quorum prius 41, vltimum

43, et

43, et reliqua 42 voces exhibent*); quodque e contrario minima verſus quantitas ſit trium vocum, cuius exempla ſunt quatuordecim, et a Maſora ad Exod. XXVIII, 13. enumerantur. Cum igitur praeceptum primum 59, & tertium 55. voces complectatur; longitudinem verſus ſuperant. Ideoque quodlibet eorum in plures verſus; iſtud nimirum in quinque, hoc vero in quatuor fuit diuiſum. Et cum e contrario praeceptum quintum, ſextum et ſeptimum, duabus tantum vocibus abſoluatur, omnia tria haec praecepta vna cum octauo vnico verſu fuerunt incluſa. Cumque praeceptum quodlibet tanquam totum quoddam abſolutum in fine ſuo requirat Sillukum, itemque in fine verſus cuiuslibet Silluk iſte adponatur; facile poterit perſpici, cur in praeceptis nominatis alia accentuum conſecutio reſpectu verſuum, et alia reſpectu praeceptorum adſit.

III.) Atque ſic ſententiam BOHLII, quam pro vera amplectimur, demonſtrauimus. Sicut autem BOHLIO, in Rabbinis optime verſato, Iudaeorum opiniones §. 90. et 91. allatae occaſionem ad iſtam cauſam inueniendam et eruendam praebuerunt, a quibus tamen ſuo modo receſſit; ita nobis quoque, qui cum BOHLIO aliisque auctoribus in momento praecipuo conuenimus, ab iisdem aliquo tantum modo recedere liceat. Non poſſumus ſcilicet nobis perſuadere, quod duplex accentuatio ab vno eodemque auctore, quae communis omnium ferme eſt opinio ſit profecta. Sed ex noſtra quidem ſententia accentuatio verſicularis a primo accentuum auctore textui fuit adiecta, praeceptiuam vero alius ab hoc diuerſus auctor recentiori tempore addidit. Et ne quid dixiſſe tantum videamur, ſententiam hanc noſtram ſtatim paullo vberius proponemus, et breuibus demonſtrabimus.

*) Notandum vero eſt, quod in determinanda vtraque quantitatis ſpecie in omnibus locis Makkephi rationem non habeant, ſed duas voces per Makkeph copulatas pro duabus vocibus actu etiam numerent; licet hoc contra conſuetudinem accentuatorum ſit (§. XXIII. Schol. I.).

§. LXXXXV.

Ratio noſtra, cur duplicem accentuationem non ab vno eodemque auctore eſſe profectam putamus, ab ipſa accentuum conſecutione eſt deſumta. Quia in hac nimirum auctor accentuationis verſicularis auctori accentuationis praeceptiuae contradicit, vtraque accentuatio ab vno eodemque auctore vno tempore non potuit proficiſci. Vt hanc vero oſtendamus contradictionem, nolumus iam vrgere lineolam makkeph, quae per vnam accentuum conſecutionem aliquoties requiritur, per alteram autem abeſt, ſed hoc in primis tenendum monemus, quod alia plane idearum relatio aliaque diſtinctionum proportio in accentuatione praeceptiua quam in verſiculari fuerit inſtituta. Hoc igitur diſcrimen vt eo melius pateat, diuerſam vtriusque accentuationis faciem ex primo et tertio praecepto adiiciemus, et earum vnam alteri ſubiiciemus. Sic nimirum illa ſe habet in primo praecepto,

verſicularis   לא־תעשה‿לך | פסל || וכל־תמונה |||

praeceptiua   לא‿תעשה | לך || פסל ||| וכל־תמונה ||||

verſicularis   אשר‿בשמים | ממעל || ואשר‿בארץ | מתחת ||||

praeceptiua.   אשר‿בשמים | ממעל ||| ואשר‿בארץ | מתחת ||

verſicularis   ואשר‿במים | מתחת‿לארץ: |||||

praeceptiua   ואשר‿במים | מתחת‿לארץ |||||

Pro hac diuerſitate proportionis diſtinctionum verba haec ratione diuerſa interpunguntur, et diuerſa idearum relatio obtinet. Ratione accentuationis verſicularis ita interpunguntur, vt duplex obiectum omiſſionis exhibeatur, vt nimi-

nimirum 1.) imago quaedam a rebus in oculos occurrentibus facienda illis interdicatur, ſiue vt nec figuram a re quadam in coelo ſuperne, nec a re in terra inferne deſumtam faciant. 2) vt imaginem a re quadam in aqua et viſui non ſemper obuia, deſumtam non faciant. Ita enim ſecundum accentuationem verſicularem verba noſtra vertenda ſunt: *ne facias tibi ſculptile aut vllam imaginem; quae ſit in coelo ſuperne, aut quae ſit in terra inferne: neque facias tibi vllam imaginem quae ſit in aqua infra terram.* Atque ſic in voce מתחת maior eſt diſtinctio quam in ממעל et in תמונה. Sed ſecundum accentuationem praeceptiuam comma hoc in duas partes alio modo diuiditur, vt in earum 1)ma praeceptum ipſum de non faciendo ſculptili aut figura quadam ſuppeditetur, in 2)da autem triplex locus aut res exhibeatur, vnde figura iſta deſumi non debeat; et ita transferendum eſt: *ne facias tibi ſculptile aut vllam imaginem: neque illam quae eſt in coelo ſuperne; neque illam quae eſt in terra inferne, aut quae eſt in aqua infra terram.* Atque ſic in voce מתחת minor eſt diſtinctiuus quam in ממעל et תמונה. Et hanc diſcrepantiam quilibet etiam in tertio praecepto facile inuenire et perſpicere poterit. Sic enim in illo legimus

verſicularis ויום⌒השביעי || שבת | ליהוה⌒אלהיך |||| לא—
Praeceptiua ויום⌒השביעי || שבת | ליהוה⌒אלהיך |||| לא⌒תעשה |

verſicularis תעשה⌒כל־מלאכה || אתה | ובנך⌒ובתך ||| עבדך⌒
praeceptiua כל—מלאכה ||| אתה⌒ובנך־ובתך || עבדך⌒ואמתך |

Verſicularis ואמתך | ובהמתך |||| וגרך | אשר⌒בשעריך: |||||
praeceptiua ובהמתך |||| וגרך | אשר⌒בשעריך ||||

In his verbis ratione accentuationis verſicularis inter-

 punctio

punctio ita inſtituenda eſt, vt poſt antecedens, *quia dies ſeptimus eſt ſabbathum Iehouae Dei tui*, tria membra conſequentis hoc modo conſtituantur, *ne facias vllum opus tu aut filius tuus tuaque filia, nec ſeruus tuus aut ancilla tua ac iumentum tuum; nec peregrinus tuus qui eſt in portis tuis.* Adeoque in voce ובתך maior eſt accentus quam in מלאכה. Sed ratione accentuationis praeceptiuae verba iſta ita interpunguntur, vt poſt antecedens, *quia dies ſeptimus eſt ſabbathum Iehouae Dei tui*, duo membra conſequentis coſtituantur hoc modo, *ne facias vllum opus; tu aut filius tuus filiaque tua, ſeruus tuus aut ancilla tua aut iumentum tuum: itemque peregrinus tuus qui eſt in portis tuis* ne faciat vllum opus. Adeoque in voce מלאכה maior eſt accentus quam in voce ובתך.

§. LXXXXVI.

Ex iis, quae diximus, patet quidem, quod duplex accentuatio decalogica non ab vno eodemque auctore ſit profecta, nondum vero ex ratione a nobis adducta determinari poteſt, vtrum verſicularis an vero praeceptiua, vel num vice verſa praeceptiua et non verſicularis, primo accentuum auctori ſit tribuenda. Pro roboranda igitur iſta, quam adſumſimus, ſententia (§. LXXXXIV. Schol. III.), duplicem nunc addemus rationem. Vna ab analogia accentuationis biblicae eſt deſumta. Quia nimirum praeceptum primum et tertium iuſtam quantitatem verſuum biblicorum excedit, quintum vero, ſextum et ſeptimum praeceptum eandem nondum habet, et in fine tamen praecepti cuiuslibet Silluk adparet, cui peculiaris accentuum conſecutio ſubeſt (§ LXXXXIV. Schol. II.); accentuatio praeceptiua ab analogia accentuationis reliquae recedit. Cum e contrario verſus in decalogo obuii quantitati reliquorum verſuum biblicorum conueniant, etiamque cuilibet verſui in fine Sillukus fuerit

fuerit adiectus, cui ſua iterum ſubordinatur accentuum conſecutio; accentuatio verſicularis analogiae accentuationis reliquae reſpondet. Atque exinde ſequitur, vt accentuatio verſicularis auctori reliquorum accentuum magis competat quam praeceptiua accentuatio. Ex quo perſpici etiam poteſt, cur *Onkelos* in verſione ſua Chaldaica in adponendo interpunctionis magnae ſigno reſpectu verborum primum et tertium praeceptum conſtituentium non praeceptiuae ſed verſicularis accentuationis rationem habuerit. Iam ſequitur altera ratio pro confirmanda ſententia noſtra. Iſto nimirum tempore, quo decalogus ex inſpiratione diuina conſignatus eſt, quilibet nouerat, quaenam verba ad ſingula praecepta pertineant, et vbi nouum praeceptum incipiat. Non igitur neceſſe erat, vt praecepti cuiuslibet terminus peculiari modo per accentus indicaretur. Adeoque probabile eſt, quod non praeceptiua ſed verſicularis tantum accentuatio ſcriptori ſacro tribuenda ſit. Cum vero deinceps diuerſa decem praeceptorum diuiſio a diuerſis auctoribus aſſumeretur (per experientiam Sectione IV. adducendam); vir quidam alius ab auctore accentuationis verſicularis diuerſus ad veram decalogi diuiſionem indicandam peculiarem addidit accentuum conſecutionem. Atque ſic praeceptiuam accentuationem vni ex poſterioribus forſitan Iudaeis tribuimus, qui in diſcrepantia ſententiarum de praecepti cuiuslibet termino ſucceſſu temporis introductarum per accentus vnum praeceptum ab altero diſtinguere voluit. Quod vero vir iſte tempore nimis recentiori haud vixerit, exinde patet, quod Maſora ad Exod. XX, 2. obſeruet, vocem פני Patach et Kamez ſimul in ſyllaba vltima habere, id quod a duplici tamen dependet accentu.

SECTIO III.

DE MODO ACCENTVATIONEM DVPLICEM PERAGENDI ET DIIVDICANDI.

§. LXXXXVII.

Praeter decalogum duplex etiam accentuatio in Geneſ. XXXV, 22. deprehenditur (§. LXXV.), quo in loco eadem procedendi ratio obſeruanda eſt, qua in accentuatione duplici decalogica vtimur. Et quia locus iſte fundamentum et baſin locorum piskatorum conſtituit, in hac ſectione tam de modo accentuationem duplicem in decalogo peragendi, quam de duplici etiam huius loci accentuatione, et de locis piskatis agemus. Ideoque ſectio haec in duo membra diuidetur, ita vt eorum prius modum accentuationem decalogicam inſtituendi, poſterius autem illuſtrationem locorum piskatorum oſtendat.

MEMBRVM I.

MODVM ACCENTVATIONEM DECALOGICAM INSTITVENDI DOCET.

§. LXXXXVIII.

Modus accentuationem decalogicam inſtituendi, prouti iam ex parte in §. LXXXXIIII. Schol. I. indicauimus, ita peragendus eſt, 1) accentuatio proſaica eiusque conſecutio vbiuis adhibeatur. 2) finis cuiuslibet verſus notetur, iſtudque tunc comma tanquam totum quoddam Silluko incluſum ſecundum leges accentuationis nominatae et proceſſum §. XXXXVII. indicatum diiudicetur et accentibus inſtruatur

ſtruatur

ſtruatur. 3) quodlibet praeceptum eiusque terminus ſeorſim etiam conſideretur, illudque iterum tanquam totum quoddam Silluko ſubiiciatur, et in adponendis accentibus ſecundum proceſſum mox nominatum agatur. 4) accentuatio verſicularis addatur tunc praeceptiuae, vel, quod idem eſt, accentuatio praeceptiua addatur verſiculari, ita tamen vt, ſi in voce quadam decalogi vnus idemque accentus tam ratione verſicularis quam praeceptiuae accentuationis, adeoque in coniunctione duplicis accentuationis, bis adhibendus eſſet, ſemel tantum ponatur. Id quod vt eo melius perſpici queat, praeceptorum horum adplicationem in toto decalogo ſubiiciemus.

§. LXXXXVIIII.

In praecepto primo Exod. XX, 2 - 6. ratione verſicularis accentuationis ſequens inuenitur ſchema

v. 2. אנכי | יהוה⁀אלהיך ||| אשר⁀הוצאתיך | מארץ⁀
מצרים || מבית⁀עבדים׃ |||| *Ego ſum dominus deus tuus; quia* (§. 45. II, Interpr.) *eduxi te e terra AEgypti, e domo ſeruitutis maximae* (§. 37. Interp.)

v. 3. לא־יהיה⁀לך | אלהים⁀אחרים || על־פני׃ ||| *ne ſit tibi vllus deorum alienorum* (§. 80. II, Interpr.) *praeter faciem meam.*

v. 4. לא־תעשה⁀לך | פסל || וכל־תמונה ||| אשר⁀
בשמים | ממעל || ואשר⁀בארץ | מתחת ||| ואשר⁀במים | מתחת⁀
לארץ׃ ||||| *ne facias tibi ſculptile aut vllam imaginem; quae ſit in*

*) Hoc loco paſchta loco minoris Gereſch adhibuit vicarium merca praeuio ſeruo kadhma §. XXXII, II, 1. ſq. §. LXI, LXII.

in coelo ſuperne, aut quae ſit in terra inferne: neque facias tibi vllam figuram *quae ſit in aqua infra terram.*

v. 5. לא־תשתחוה⁀להם | ולא⁀תעבדם | | | | | | כי⁀אנכי |
יהוה⁀אלהיך || אל⁀קנא |||| פוקד || עון⁀אבות | על־בנים ||
על—שלשים⁀ועל—רבעים |||| לשנאי: |||||| *ne incurues te eis, neque ſeruias illis: nam ego Iehoua deus tuus ſum deus zelotes, qui viſitat iniquitatem patrum ſuper filios ſuper tertianos et ſuper quartanos, quando odio habent me.*

v. 6. ועשה⁀חסד | לאלפים || לאהבי | ולשמרי⁀מצותי: |||
Et facio miſericordiam millibus, qui amant me et obſeruant praecepta mea.

Sed ratione accentuationis praeceptiuae notandum eſt, quod noſtrum hoc praeceptum primum tribus abſoluatur membris praecipuis. In primo membro ipſum effatum aut mandatum de vero Deo agnoſcendo continetur a voce prima אנכי vsque ad tertiam אלוהיך. Alterum membrum vberiorem huius effati explicationem exhibet a voce quarta אשר vsque ad תעבדם. Tertium tandem membrum duo ſuppeditat motiua, quorum prius a damno, poſterius autem ab vtili deſumtum eſt, a vocibus כי אנכי vsque ad finem. Et licet ideo quilibet ferme de proportione primaria conſtituenda ſollicitus putare queat, quod praeceptum eiusque explicatio magis cohaereat, quam explicatio illa cum motiuis adiectis, quodque adeo maxima intra praeceptum noſtrum diſtinctio in voce תעבדם facienda ſit; illa tamen in fine primi demum motiui in voce לשנאי recte ponitur (per §. XXXXVI, 2.).

Reli-

*) Hoc loco Tbhir pro minori Gereſch ſubſtituit vicarium darga praeuio ſeruo kadhma §. XXXII, II, 1. β. §. LXI. et LXII. et pro maiori admittit Tliſcham gdholam §. XXXII, I, 2. β.

Reliquarum diſtinctionum proportionem quilibet accentuationis peritus ſine magna difficultate determinare poterit, ſi ea modo nouerit, quae in §. LXXXXV. a nobis iam notata ſunt. Atque ſic breuitatis cauſa ſequens tantum ſubiungimus ſchema:

אנכי | יהוה ־ אלהיך ||||||| אשר ־ הוצאתיך | מארץ ־ מצרים ||
מבית ־ עבדים ||||||| לא ־ יהיה | לך || אלהים ־ אחרים |||
על ־ פני ||||| לא ־ תעשה | לך || פסל ||| וכל ־ תמונה ||||
אשר ־ בשמים || ממעל ||| ואשר ־ בארץ | מתחת || ואשר ־
במים | מתחת ־ לארץ |||| לא ־ תשתחוה ־ להם | ולא ־
תעבדם ||||||| כי ־ אנכי | יהוה ־ אלהיך || אל ־ קנא |||||
פוקד || עון ־ אבות | על ־ בנים || על ־ שלשים ־ ועל ־ רבעים |||
לשנאי |||||||| ועשה ־ חסד | לאלפים || לאהבי | ולשמרי ־
מצותי: ||||||||||| *Ego ſum Iehoua deus tuus, quoniam eduxi*
te e

*) Hic ◌֒ eſt ſubdiſtinctiuus tertio maior Atnachi, qui pro denuo maiori iam adſumſit Segoltam in voce תעבדם. Cum igitur alias ſub Athnach in remotiſſima demum diſtinctione ◌֒ adhibeatur, et in omnibus diſtinctionibus intermediis pro maiori, denuo maiori et ct. ◌֔ ponatur (§. XXVIIII. et XXXXVII. Membr. VI. Schol. 2. β.); hoc loco transpoſitionem ◌֔ et ◌֒ factum eſſe accentuum doctores aſſerunt. conf. §. XXXII. Schol. III, 2.

**) Loco minoris *Gereſchi Rbbia* hic adhibuit legatum *Pſik munachatum* et pro maiori tunc conſtituit *Gereſchum*, pro denuo maiori autem ſtatim *Paſerum*, §. XXXII. Schol. II, 1. β. §. LXI. et LXII. §. XXXII. Schol. I, 2. β.

***) Tbhir loco minoris ſui adſumſit vicarium Darga et pro maiori Tliſcham gdholam §. XXXII. Schol. II. 1. β. §. LXI. et LXII. et §. XXXII. Schol. I. 2. β.

te e terra AEgypti, e domo ſeruorum; ne ſit tibi - - - - neque ſeruias eis: nam ego Iehoua - - odio habent me. E contrario facio miſericordiam - - praecepta mea.

Hanc accentuationem praeceptiuam et verſicularem ſi nunc combinaueris, et, vbi figura aliqua in voce quadam bis ponenda eſt, ſemel tantum eandem expreſſeris (§. XCVIII.), eadem accentuum ſeries ac facies, quae in bibliis ſacris deprehenditur, aderit. Hoc vnicum adhuc obſeruandum eſt, quod v. 3. in vltima ſyllaba vocis פני et v. 4. in penultima ſyllaba vocis מתחת (-) et (т) coniunctim adpareant, id quod a diuerſis ſyllabae iſti impoſitis accentibus dependet. Ex Grammaticis enim conſtat principiis, quod ex accentibus dominis ob imperatores duos, qui pauſae et domini abſoluti dicuntur (§. XXV.) vocales breues (-) et (∵) in (т) mutari debeant, ob reliquos autem dominos non; quodque ideo iſti domini abſoluti ſemper fere, reliqui autem domini admodum raro vocalem breuem (-) mutent in longam (т), prouti regula in §. 27, 1. Grammat. Danzianae determinanda eſt. Patet hocce ex annotationibus maſorethicis in bibliis noſtris circa vocales adiectis. Vbi enim Silluk aut Atnach adeſt, et breuis tamen vocalis manſit, illud ſtatim tanquam aliquid extraordinarii obſeruant maſorethae, ſcribentes פתח בס״ף *patach cum Soph paſuk*, aut פתח באתנח *patach cum Athnach* adeſt, v. g. Pſalm. 2, 7. 3, 8. 2 Sam. 21, 20. 21. 1 Reg. 2, 39. 40. E contrario quando alius dominus vocalem breuem mutauit in longam, iſtud iterum tanquam inſolitum adnotant maſorethae, et v. g. ad vocalem longam ob ׃ *ſakeph katon* adſumtam monent קמץ בז״ק *kamez cum ſakeph katon* adeſt 2 Sam. 12, 8. 14, 7. 17, 22. itemque ad vocalem ab ֗ *rbbia* productam ſcribunt קמץ בלי אס״ף vel קמץ בלא אס״ף *kamez ſine athnach aut Soph paſuk* adeſt, Pſalm. 35, 24. 59, 16. 116, 19. etc. Cum igitur in vltima ſyllaba vocis פני reſpectu accentuationis verſicularis *ſilluk cum Soph paſuk*, qui requirit vocalem longam, et reſpectu accentuationis praeceptiuae *Rbbia*, ob quem (-) non mutatur, adſint; in vltima ſyllaba vocis פני pro hac diuerſitate accentuum in decalogo duae iſtae vocales (-) et (т) recte coniunguntur. Atque ſic etiam de penultima ſyllaba vocis מתחת iudicandum eſt.

Omit-

Omittitur quidem altera vocalis apud BVXTORFIVM, CLODIVM, et REINECCIVM, ſed vtramque recte exprimit ATHIAS, IABLONSKI, OPITIVS, alii.

§. C.

Praeceptum ſecundum Exod. XX, 7. eſt, לֹא⁀תִשָּׂא | אֶת־שֵׁם—יְהוָה⁀אֱלֹהֶיךָ || לַשָּׁוְא |||| כִּי | לֹא⁀יְנַקֶּה || יְהוָה ||| אֵת | אֲשֶׁר—יִשָּׂא⁀אֶת—שְׁמוֹ | לַשָּׁוְא: |||| *ne efferas nomen Iebouae dei tui fruſtra: nam non innocentem babebit Ieboua illum, qui nomen ipſius protulerit fruſtra.* Et quoniam praeceptum hoc vnum perfecte abſoluit verſum, adeoque finis verſus cum fine praecepti coincidit; ſimplex et vnica hic adparet accentuum conſecutio §. LXXXXVIII. num. 4.

§. CI.

In praecepto tertio Exod. XX, 8 - 11. ratione accentuationis verſicularis ſequens deprehenditur ſchema

זָכוֹר | אֶת—יוֹם⁀הַשַּׁבָּת || לְקַדְּשׁוֹ: ||| v. 8.
recordare diei ſabbatbi (§. 163. et 85. I, 1. Interpr.), *vt ſanctifices eum.*

שֵׁשֶׁת⁀יָמִים | תַּעֲבֹד || וְעָשִׂיתָ⁀כָּל—מְלַאכְתֶּךָ: ||| v. 9.
Sex dies opereris, et perficias omne opus tuum.

*) *Paſchta* loco minoris Gereſch admittit eius legatum *munach* §. XXXII. Schol. II, 1. β. §. LXI. LXII.

**) In hoc et ſequente commate 9. non deprehenditur athnach §. XXXXVII. Membr. VI, 2. α.

***) adeſt hic poſitus maioratus, ita vt Silluk loco ſerui adhibuerit minorem ſuum tiphcha et loco minoris maiorem Sakeph katon §. XXXII. Schol. I, 1. β.

v. 10. ויום*⁀השביעי || שבת | ליהוה⁀אלהיך ||||| לא־
תעשה⁀כל־מלאכה || אתה | ובנך⁀ובתך ||| עבדך⁀ואמתך |
ובהמתך ||| וגרך ׀ אשר⁀בשעריך: |||||| *Sed dies ſeptimus eſt ſabbathum Iehouae dei tui: ne facias vllum opus tu aut filius tuus aut filia tua, ſeruus tuus aut ancilla tua, aut iumentum tuum; nec peregrinus tuus, qui eſt in portis tuis.*

v. 11. כי ששת־ימים | עשה⁀יהוה || את־השמים⁀ואת־
הארץ ||| את־הים**⁀ואת־כל־אשר־בם |||| וינח | ביום⁀
השביעי ||||| על־כן || ברך⁀יהוה | את־יום⁀השבת |||
|||||| :ויקדשהו *nam ſex diebus fecit Iehoua coelum et terram, mare et quicquid in illis eſt; et quieuit in die ſeptimo: Hac ratione benedixit Iehoua diei ſabbathi, et ſanctificauit illum.*

Sed ratione accentuationis praeceptiuae notandum eſt, quod tribus partibus noſtrum conſtet praeceptum. Prima pars ipſum de ſanctificando ſabbatho mandatum diuinum exhibet, a voce זכור vſque ad כל־מלאכתך. Altera pars vberiorem eius explicationem continet, a voce ויום vſque ad השביעי. In tertia tandem parte ſuppeditatur concluſio tanquam Epiphonema duabus prioribus rebus adiecta, a voce על־כן vſque ad finem. Conſiderato igitur hoc praecepti noſtri argumento facile patebit, quod maxima intra illud diſtinctio cadat in vocem השביעי, quodque poſt hanc maxima iterum facienda ſit diſtinctio in voce כל־מלאכתך
(§. XXXXV.

*) Sakeph katon loco ſerui adſumſit minorem ſuum paſchta §. XXXII. Schol. I, I. a.

**) Adeſt hoc loco poſitus maioratus, ita vt Sakeph katon loco ſerui minorem et loco minoris tunc maiorem poſuerit §. XXXII. Schol. I. I. β.

(§. XXXXV. Membr. I, 3.). Adeoque ibi *athnach*, hic vero *ſegolta* adhibetur (§. XXXXVII. M. VI. Sch. II.). Reliquarum diſtinctionum proportio obſeruatis iis, quae in fine §. LXXXXV. iam dicta ſunt, non multa laborabit difficultate. Itaque ſequens tantum iterum ſubiungimus ſchema:

זכור | את־יום⁀השבת || לקדשו ||| ששת⁀ימים* | תעבוד ||
ועשית⁀כל־מלאכתך |||||| ויום⁀השביעי || שבתו** | ליהוה⁀
אלהיך ||||| לא⁀תעשה | כל־מלאכה ||| אתה⁀ובנך־ובתך ||
עבדך⁀ואמתך | ובהמתך |||| וגרך | אשר⁀בשעריך ||||| כי⁀
ששת־ימים | עשה⁀יהוה || את־השמים⁀ואת־הארץ |||
את־הים⁀ואת־כל־אשר־בם |||| וינח | ביום⁀השביעי |||||||
על־כן || ברך⁀יהוה | את־יום⁀השבת ||| ויקדשהו: |||||||||

Recordare diei ſabbathi - - - opus tuum. Quia nimirum dies ſeptimus eſt ſabbathum Iehouae dei tui; ne facias - - qui eſt in portis tuis: nam ſex diebus - - die ſeptimo. Hac ratione benedixit Iehoua - - eum.

Hanc praeceptiuam et verſicularem accentuationem ſi iterum in praecepto primo combinaueris, duplex accentuum conſecutio biblicae accentuationi reſpondens aderit. Vnicum modo notandum eſt, quod nimirum littera כ vocis כל v. 9. et dageſchata et raphata diuerſo reſpectu ſit. Quando nimirum vna ex litteris בגדכפת dageſch habentibus ſine dageſch legi debet, *raphata* dicitur, et lineolam quandam transuerſam ſibi impoſitam, *raphe* dictam, accipit §. 12. obſ. 2. Gram. Danz. Cum igitur Dageſch lene ſex litteris בגדכפת poſt ſyllabam ſimplicem domino notatam imprimatur,

*) Sarka loco minoris Gereſch adſumſit vicarium ſuum munach praeuio ſeruo munach §. XXXII. Schol II, 1. β. § LXI. et LXII.

**) Rbhia hic pariter ac in accentuatione verſiculari v. 10. pro minori adhibet legatum ׀־ et pro maiori ־ׄ vid. p. 213. **).

poſt ſyllabam ſimplicem autem ſeruo notatam non adhibeatur §. 11. I, 3 Gr. Danz. et vox in ſyllabam ſimplicem terminata vocem noſtram כל praecedens pro diuerſitate accentuationis praeceptiuae et verſicularis tam accentum dominum quam ſeruum habeat; littera כ etiam etiam et dageſchata et raphata eſſe debet.

§. CII.

Praeceptum quartum Exod. XX, 12. eſt כבד⁀את־אביך | ואת־אמך |||| למען | יאריכון⁀ימיך ||| על⁀האדמה || אשר⁀יהוה⁀אלהיך | נתן⁀לך׃ ||||| *bonora patrem tuum, et matrem tuam: vt prolongentur dies tui, ſuper terra quam Iehoua Deus tuus dabit tibi.* Et quia praeceptum hoc quendam ſimul conſtituit verſum, adeoque finis praecepti cum termino verſus coincidit, ſimplex et vnica hic iterum, vt in praecepto ſecundo, adeſt accentuum conſecutio. conf. §. C.

§. CIII.

Praecepta quatuor ſequentia vno verſu includuntur Exod. XX, 13. et quintum eſt: לא⁀תרצח *ne occidas.* Licet nimirum particula לא cum verbo ſuo arctiſſime cohaereat (§. XXXVIIII. Schol.), Silluk tamen in fine praecepti conſtitutus loco ſerui neceſſario ponit minorem ſuum (§. XXXII. Schol. I, 1. α.). Et hanc ob cauſſam litterae ת poſt ſyllabam ſimplicem domino notatam imprimitur dageſch lene (§. 11. I. 3. Gram. Danz.). Id quod notandum etiam eſt circa praeceptum ſextum: לא⁀תנאף *ne adulterium committas*, et circa praeceptum ſeptimum: לא⁀תגנוב *ne fureris.* Octauum autem praeceptum eſt לא־תענה⁀ברעך | עד⁀שקר׃ || *ne reſpondeas contra proximum tuum vt teſtis falſus.*

Sed

*) Sakeph] katon in eadem voce pro metegh ſubſtituit ſeruum ſuum munach (§. LXXXIII.) et tunc minorem admittit Iethibh (§. XXX, 3.)

Digitized by Google

Sed ratione accentuationis verſicularis ſequens eſt ſchema: לא־תרצח | לא־תנאף ||| לא־תגנוב || לא — תענה ברעך | עד־שקר : || *ne occidas, ne moecheris; ne fureris, ne reſpondeas contra proximum tuum vt teſtis falſus.* Quae verſicularis accentuatio ſi cum praeceptiua combinetur, notanda erunt partim in genere quae §. LXXXXVIII. num 4. diximus, partim in ſpecie circa litteram ת in praecept. V. VI. et VII. quae de raphe et dageſch lene §. CI. in Schol. protulimus, et circa vocalem vltimae ſyllabae vocis תרצח in praecepto V. quae §. XC. in Schol. docuimus.

§. CIIII.

Decem conſtare praeceptis legem moralem a Deo per Moſen in monte Sinai datam, ipſa teſtatur Scriptura decem verborum mentionem faciens Exod. XXXIIII, 28. Deut. IIII, 13. X, 4. Vnde etiam Graecum nomen Δεκαλογος ſuum trahit ortum,*) et huius decalogi nomine ſumma iſta legum diuinarum vniuerſalium venit, quae tabulis a Moſe iuſſu numinis inſcripta et Iſraelitis promulgata fuit **). Cum igitur vi accentuum in ſuperioribus octo adfuerint praecepta, ſequitur, vt in verbis decalogi Exod. XX, 14. reliquis duo contineantur praecepta. Eſtque praeceptum nonum לא־תחמד | בית־רעך : || *ne concupiſcas domum proximi tui,* et decimum לא־תחמד | אשת־רעך || ועבדו־ואמתו | ושורו־וחמורו ||| וכל | אשר־לרעך : |||| *ne concupiſcas vxorem proximi tui nec ſeruum eius aut ancillam eius, nec bouem eius aut aſinum eius; nec vllum*

*) Quod recte obſeruarunt ANDR. RIVETVS in Explicat. Decal. pag. 1226. et SIXT. AMAMA in Antibarb. biblic. L. III. p. 515.

**) Conf. I. F. BVDDEVS in Inſtitut. Theol. moral. P. II. Cap. II. §. 6. p. 547. et in Initit. Theol. dogmat. Lib. III. Cap. II. §. 5. p. 585.

vllum quod eſt proximo tuo. Si vero vtrumque praeceptum vnico Silluko ſubiicitur et in vnum verſum combinatur, ratione accentuationis verſicularis ſequens eſt ſchema: לא־תחמוד | בית־רעך | | | | לא־תחמוד | אשת־רעך | ועבדו־ואמתו | ושורו־וחמורו | | וכל | אשר־לרעך | | | | | *ne concupiſcas domum proximi tui: ne concupiſcas vxorem - - - eſt proximo tuo.* In combinatione accentuationis huius verſicularis cum praeceptiua (§. LXXXVIII. num. 4.) nullus plane diſcrepat accentus niſi ſub vocibus בית רעך athnach cum ſeruo ſuo munach h. m. בית רעך. Cum vero ad determinandos praecepti cuiusdam limites ſeruus nihil conferat, et athnach aeque ac Silluk ſit imperator, adeoque eius vices ſuſtinere queat; in hoc commate 14. ſimplex adparet accentuum conſecutio, licet duplex in iſto contineatur praeceptum.

§. CV.

Vna nunc circa duplicem accentuationem decalogicam adhuc reſtat quaeſtio, quae, ſi accurate rem conſideramus, in duas reſoluitur partes. Quaeritur nimirum 1) an accentuatuationis peritus ſcire queat, quinam ex accentibus duobus voci cuidam in decalogo adiectis ad praeceptum ſe referat, et quinam ad verſum ſit referendus? 2) vndenam ille hoc ſcire et determinare poſſit? Quod vtrumque ita diiudicari poteſt, et aſſeri: conſecutionem accentuum ſufficienter intelligens ſtatim vtique in accentuatione decalogica determinare poterit, quinam ex omnibus accentibus ibi occurrentibus ad verſum, et quinam ad praeceptum pertineat, ita vt ob diuerſitatem rationum aliter de praecepto primo et tertio, et aliter de quinto, ſexto, ſeptimo et octauo iudicaturus ſit. Deprehenditur nimirum in decalogo, et ratione praeceptorum et ratione verſuum conſiderato, accen-

accentuatio proſaica, de qua notum eſt, quod imperatores ibi pro ſubdiſtinctiuis ſuis immediatis reges, reges vero duces, et duces tandem comites admittant (§. XXVIII.), et quod ſub comitibus ſerui tantum adhibeantur (§. XXXI.). Ergo in commate quodam breuiori accentus inferiorum claſſium nondum facile adparent, ſed in commatibus longioribus iidem frequentius quoque adhibentur. Quo longior itaque eſt oratio Silluko includenda, eo facilius in diſtantia maiori accentus dignitate claſſica inferiores occurrunt, et quo breuior eſt oratio, eo frequentius accentus dignitate iſta ſuperiores adſunt. Cum igitur praeceptum primum et tertium ex pluribus verſibus conſtent, et quilibet tamen verſus Silluko claudatur; *in vocibus praeceptum primum et tertium conſtituentibus, ſi duo occurrunt accentus, iſte qui dignitate claſſica maior eſt reſpicit verſum, qui autem minor eſt refert ſe ad praeceptum.* Atque ſic etiam, *ſi ſeruus et dominus concurrunt, dominus ſe refert ad verſum, ſeruus autem reſpicit praeceptum.* Combinantur porro accentus duo eiusdem claſſis *Paſer* et *Gereſch* in eadem voce, et quoniam *Paſer* in remotioribus demum diſtinctionibus adhibetur, ille ad praeceptum, vbi remotiores adſunt diſtinctiones, *Gereſch* vero ad verſum pertinet. Et quisnam tandem ex duobus ſeruis in voce quadam obuenientibus ad praeceptum vel ad verſum reſpiciat, ex vicino domino diiudicari poteſt (§. XVIII. XIX.). Sed quoniam e contrario praecepta V. VI. VII. et VIII. vnico verſu includuntur, et quodlibet etiam praeceptum Silluko clauditur, ordine inuerſo res hic diiudicanda eſt. Ex duobus nimirum accentibus, qui in vna voce concurrunt, *is qui dignitate maior eſt refert ſe ad praeceptum, minor vero ad verſum.* Atque ſic etiam, *ſi dominus et ſeruus concurrunt, dominus reſpicit praeceptum, ſeruus autem ſe refert ad verſum.*

Ff SECTIO.

SECTIONIS III. MEMBRVM II.

DE LOCIS PISKATIS.

§. CVI.

Doctrina de locis piskatis ad tria reduci poteſt momenta, ita vt oſtendi debeat 1) quid ſint loca piskata? 2) vndenam piska illud in locis quibusdam ortum ſit? 3) quotnam ſint loca piska iſto notata? Et quoniam locus Moſaicus Geneſ. XXXV, 22. rationem poſteriores duas diiudicandi quaeſtiones continet, duplicem loci iſtius accentuationem praemittemus, antequam reſolutionem trium iſtarum quaeſtionum ſuſcipiamus.

§. CVII.

Duplex accentuatio in loco Moſaico Geneſ. XXXV, 22. obuia perſpici facile poterit, ſi aſſumatur, eam ex duplici verſuum termino in diuerſis codicibus olim conſtituto ortum ſuum traxiſſe, ita vt, vbi vnus codex vnum verſum habebat, alter duos ex iſto commate verſus fecerit. *) Si igitur iſtam conſecutionem accentuum, quae duo iſta commata vt vnicum verſum reſpicit, *combinatam*; alteram vero, quae duo iſta commata vt duos verſus ſeparatos conſiderat, *disiunctam* adpellare velis; iſto accentuationem hancce duplicem inſtituendi modo vti poſſumus, quem circa accentuationem duplicem decalogicam obſeruauimus (§. LXXXXVIII.). Adhibetur nimirum accentuatio proſaica,

et

*) Conf. R. MENACHEM in Or Torah fol. 6. a. I. G. ABICHT in Accent. Hebraeorum Cap. VIII p. 110. ſqq. MATTH. HILLER in praefat. ad arcanum Keri et Cthibh circa fin. CHRISTOPH. SANCKIVM in german. inſtitutione accent. hebr. Sect. III. §. 8. p. 157. ſq. DAN. WEIMARVM in doctrina accent. hebr. Reg. VI. Sect. II. p. 104. ſqq.

Digitized by Google

et proceſſus ſupra §. XXXXVII. indicatus obſeruatur, poſtquam 1) locus iſte in duas partes diuiſus eſt, et 2) vtramque partem coniunctim tanquam vnicum verſum ſemel conſideraſti, illumque tanquam totum quoddam Silluko ſubiecisti, 3) eundem locum in duas partes diuiſum tanquam duos verſus conſideraſti, et eorum quemlibet Silluko ſuo incluſiſti. Deinceps enim 4) accentuatio disiuncta additur combinatae, ita tamen, vt, ſi in voce quadam vnus idemque accentus tam ratione disiunctae quam combinatae accentuationis adpareret, adeoque bis adhibendus eſſet, ſemel tantum iſte ponatur. Id quod vt eo melius perſpici poſſit, accentuationem disiunctam in §. CVIII. itemque accentuationem combinatam ſeorſim in §. CVIIII. repraeſentabimus.

§. CVIII.

Primum commatis noſtri hemiſtichium ſequens admittit ſchema: ויהי || בשכן־ישראל | בארץ־ההוא |||| וילך־ ראובן ||| וישכב || את־בלהה | פילגש־אביו ||||| וישמע־ ישראל: |||||| *Et accidit, quum habitaret Iſrael in terra iſta; vt abiret Ruben, et concumberet cum Bilba concubina patris ſui: Id quod audiuit Iſrael.* Duobus enim hoc hemiſtichium conſtat periodis. Prior iſtarum eſt compoſita, cuius antecedens per verba, *et accidit, quum habitaret Iſrael in terra iſta*, efficitur; conſequens vero eiusdem conſtituunt verba haec, *vt abiret Ruben, et concumberet cum Bilba concubina patris ſui.*

 Poſte-

*) Athnach loco maioris ſui ſubdiſtinctiui Sakeph katon adhibet eius alternantem Sakeph gadhol §. XXX, 1.

**) Silluk loco ſerui adſumit minorem ſuum Tiphcha §. XXXII. M. I. 1. a.

Poſterior deinceps periodus eſt, *et audiuit Iſraël* ſcil. factum iſtud.
Alterum hemiſtichium eſt, ויהיו⁀בני־יעקב | שנים עשר: || *Erant autem filii Iacobi duodecim.*

§. CVIIII.

Conſecutionem accentuum combinatam ſi inſtituere, et comma noſtrum tanquam vnicum verſum conſiderare velimus, vtraque iſtius pars ſub vnicum Silluk coniungitur. Tuncque prima pars tanquam periodus compoſita ita conſideratur, vt antecedens ſit, *et accidit, quum babitaret Iſrael in terra iſta*, conſequentis vero bimembris membrum prius verba, *vt abiret Ruben et concumberet cum Bilba concubina patris ſui*, et poſterius verba, *vtque audiret illud Iſrael*, conſtituant. Altera commatis pars continet propoſitionem hancce, *Erant autem filii Iacobi duodecim.* Adeoque ſequens oritur ſchema: ויהי || בשכן⁀ישראל | בארץ⁀ההוא |||||
וילך⁀ראובן ||| וישכב* || את־בלהה | פילגש⁀אביו ||||
וישמע*⁀ישראל** |||||| ויהיו⁀בני־יעקב | שנים⁀עשר: ||||||
Et accidit, quum babitaret Iſrael in terra iſta; vt abiret Ruben et concumberet cum Bilba concubina patris ſui, illudque audiret Iſrael: Erant autem filii Iacobi duodecim. Atque ſic ratione accentuationis disiunctae alia paullulum diuerſa vocum relatio inſtituitur quam ratione accentuationis combinatae. Ibi

*) Sakeph katon pro minori habet paſchta, et loco maioris repetit minorem iſtum paſchta, et pro denuo maiori demum adhibet Rbhiam, §. XXXII. Membr. II, 2. a. 2. ℵ p. 51.

**) Athnach loco ſerui habet minorem Tiphcha, et loco minoris maiorem Sakeph katon §. cit. Membr. I, 1. β.

Ibi enim verba וישמע ישראל periodum peculjarem conſtituunt, hic vero tanquam membrum ſecundum in apodoſi periodi primae conſiderantur.

§. CX.

Accentuationi huic combinatae ſi disiunctam iſto modo, quem §. CVII. indicauimus, addas, ſequens oritur ſchema ויהי בשכן ישראל בארץ ההוא וילך ראובן וישכב את־בלהה פילגש אביו וישמע ישראל ס ויהיו בני־יעקב שנים עשר׃ Et iſtud etiam in quibusdam iisque accuratioribus codicibus deprehenditur, licet alii in paucis varient, quae variationes quintuplicis ſunt generis. Adparet nimirum 1) in plurimis codicibus ſub voce ישראל praeter Athnachum etiam Silluk, omiſſis duobus punctis, quae Soph Paſuk vocari ſolent, cum e contrario iſte v. g. in editione domini VAN DER HOOGHT deſit. 2) in nonnullis editionibus v. g. HVTTERI, NISSELII, Silluk vna cum Soph Paſuk adhibetur. 3) in quibusdam codicibus v. g. IABLONSKI, LEVSDENII, MICHAELIS etc. poſt vocem nominatam circellus conſuetus, *Piska* vulgo dictus, omittitur. 4) Rbhia ſuper voce ראובן, qui in edit. IABLONSKI, LEVSDENII, MICHAELIS, OPITII, et Veneta quadam 1603. impreſſa praeter ֮ adeſt, in aliis codicibus abeſt. *)

*) *Codices iſtos, in quibus ſuper* ראובן Sakeph katon tantum eſt, adprobat etiam ABICHT in Accent. Hebr. Cap. VIII. §. 2. et WEIMARI rationem cur Rbhia ſimul adeſſe debeat, reiicit. Dicit enim: „WEIMAR exiſtimat, quod in voce ראיבן praeter ֔ etiam requiratur ֗ quia paſchtam repetitum antecedere debet ֙; ſed hoc non eſt neceſſarium, proſtant enim loca, in quibus paſchta repetitus absque rbhia praecedente apparet v. g. Ier. XXXIII, 21." Hac de controuerſia iudicium noſtrum ſi quis deſiderat, notes velim,

5) a voce mox nominata vſque ad initium verſus omnes codices MſC. et impreſſi, quotquot ego pariter ac alii inſpexerunt, ſimplex accentuum conſecutio adparet, niſi quod codex quidam Hiſpanus in *Or Thora* ſuper voce ההוא praeter ֑ etiam ֔, et in praecedenti voce ישראל praeter ֣ etiam ֔ habeat; quodque WEIMARVS in doctrina Accent. Hebr. p. 105. ſeqq. aliam in prioribus vocibus duplicem conſecutionem admittat. In accentuatione nimirum combinata hanc iſtis pro ſuo arbitrio attribuit conſecutionem || ויהי ||| ההוא | בארץ ישראל | בשכן adeoque in coniunctione accentuationis huius combinatae cum diſiuncta in vocibus iſtis duplices hoſce adponit accentus ויהי בשכון ישראל בארץ ההוא Quod vero WEIMARVS praeter auctoritatem codicum hanc duplicem accentuationem fingat, ex ipſis eius verbis, quae addit, patet. Scribit nimirum „et ſicut „poſtremae voces habuerunt duplicem accentuum conſecu-„tionem; ita et praecedaneae de iure eam requirunt. Qua-„re rogantur, qui habent copiam videndi MSCtos, vt hunc „locum obſeruent, et ſi geminum accentuum poſitum in-„ueniant, orbi literario ſignificent.„

§. CXI.

In locis quibusdam poſt athnachum inter vocem athnacho notatam et inter vocem ſequentem ſpatium vacuum adpa-

velim, vtrumque eorum aliquid veri dixiſſe. Plerumque nimirum paſchtam repetitum adhuc ſequitur Rbhia, in eo tamen, monente ABICHTIO, peccat WEIMARVS, quod aſſerat: *paſchta duplicatus ſtat in* וישכב, *hinc* neceſſario *debet ſequi Rbbia.* Interim tamen ſuper voce ראובן cum WEIMARO ֔ non vero cum ABICHTIO ֑ in accentuatione combinata admittimus, quia relatio vocum legitime inſtituta rbhiam in conſecutione requirit (§. CVIIII.)

adparet, cui circellus quidam adpoſitus eſt. Spatium illud vacuum inter vocem athnacho notatam et inter vocem ſequentem relictum dicitur *Piſka.* Cui notioni etiam etymologia definiti reſpondet. *Piſka* enim eſt vox Chaldaica a radice פסק *ceſſauit, deſiit, diremit,* adeoque פִּסְקָא ſignificare poteſt *diremtorem, abruptionem, interſtitium* atque *interuallum.* Locus piſka iſto notatus dicitur *locus piſkatus.*

I. Facile exinde diiudicari poterit, quod ſatis accurate non loquantur, qui circellum ipſum in locis quibusdam poſt athnachum in medio verſus occurrentem piſkam nominant. Vt enim taceam etymologiam vocis, quae docet, noſtram definitionem magis conuenire definito, exinde in primis illud, quod diximus, confirmari poteſt, ſi perpendatur, quod circellus iſte vel aſteriſcus notam maſorethicam in margine vel ſub calcem in bibliis collocatam reſpiciat atque indicet. *)

II. Circa piskae nomen adhuc notandum eſt, quod alias quoque פריגמא *Pregma* vocari ſoleat. Et quamuis ſignificatum eius *Elias Leuita* in Arc. tab. fract. neſciat, quia in Aruch non explicatur; haud male tamen ABICHT l. c. p. III. coniectat, פריגמא idem eſſe ac *πραγμα vſus conſuetudo*, vt indicetur, quibusdam Synagogis vſu receptum eſſe, vt in voce piskata verſus finiatur.

§. CXII.

Quod ad originem *piſkae* attinet, non conueniunt inter ſe de illa philologi, ſed quatuor potius diuerſas proferunt hypotheſes. Easdem nunc ſuppeditabimus, ita tamen, vt tres ex illis ſimul in hocce §. remoturi, vnamque earum in §. ſequ. ſtabilituri ſimus.

I. Com-

*) conf. §. 12. obs. 2. Gramm. Danzii.

I.) Communiſſima nimirum de origine *Piſkae* ſententia eo redit, vt aſſerant, quod *piſka* athnacho fuerit adiectum ad indicandum, ditionem athnacho ſubiectam plenum efficere ſenſum *). Quod vero ſententia haec vt vera agnoſci haud poſſit, ex eo facile patet, quod pro iſta hypotheſi multo plura admitti deberent loca piſkata, nulla enim facile inuenitur pagina, in qua hac ratione non vnus vel plura eſſent loca piſkata.

II.) Peculiaris quorundam ſententia haec eſt, quod vel στιχοι eligant, vel maſorethas per piſkam ad aliquid nobis nondum ſatis cognitum reſpexiſſe, aſſerant, adeoque mox hoc mox illud myſterium in locis piſkatis latere fingant**). Sed ſicut locorum iſtorum indoles facile docet, myſteria ibi fruſtra quaeri, ita ſententia iſta ex ignauia ortum trahens generatim nullam laudem meretur. Licet enim rem quandam certiſſime exponere et demonſtrare non poſſimus, noſtras tamen vires adhibere, et ex pluribus plane ponderatis rationibus probabiliſſimam eligere debemus.

III.) Tertiam hypotheſin inuenimus apud DAN. WAGENSEILIVM ***), qui putat, in locis piſkatis aliquid com-

*) Conf. I. H. MICHAELIS gründlicher Vnterricht von den Accentibus proſaicis vnd metricis p. 4. GEORG VENZKY proſaiſche Accentuation der Hebräer Cap. I. §. XVI. p. 67.

**) Conf. ANDR. REINBECKIVS in Accent. Hebr. cap. II, §. 54. p. 64. ſq. et cap. VII. §. 10. p. 219. AVG. VARENIVS in Diſput. de locis piſkat. 1646. Roſtoch. habita, et apud CRENIVM in Faſc. 2. Exercit. 3. recuſa. IOH. FRANKIVS in Diacrit. ſacr. P. II. §. 43. p. 64.

***) de LXX. Hebdom. p. 33.

complendae ſententiae neceſſarium exciđiſſe. Sed quamuis Romanae eccleſiae addicti, qui *piſkam* ferme omnes per *lacunam*, *detruncationem* vertunt, hanc ſententiam ambabus adripiant; ex proteſtantibus tamen, nemo facile, cui integritas S. S. curae cordique eſt, eandem admittet. Mirandum proinde eſt, quod LAVR. FABRICIVS *) notam loco Moſaico Gen. IIII, 8. in codicibus noſtris adiectam כ״ח פסו׳ פסקין במצעו׳ פסוק transtulerit *viginti octo deſunt verſus in medio huius verſus*, quodque eundem ab ABICHTIO**) et HAENERO***) caſtigatum HOOGTHIVS ****) ex praecipitantia ſequatur.

§. CXIII.

Noſtra de origine Piſkae hypotheſis ex §. CVII. cognoſci poteſt. Iſtius ortum ſcilicet ex duobus vel pluribus variantibus codicibus deducimus. Cum nimirum librarius quidam videret, quod, vbi vnus codex finem commatis habebat, alter ſequens comma adhuc ad vnicum verſum retulerit; dubius haerebat, quemnam deſcribendo ſequeretur codicem. Ne veram igitur omitteret interpunctionem, vtriusque codicis accentuationem exprimere conſultum duxit, ita vt ſi-

*) in Partit. Cod. Hebr. cap. III. p. 18.

**) in Accent. Hebr. cap. VIII. §. 5. p. 116.

***) in Diſp. miſcell. philol. crit. §. 15.

****) ita nimirum in praefat. Bibliis ſuis praemiſſa §. 36. *ſecundo* inquit, *addimus medio viginti octo verſuum circulum* [o] *et eorundem margine* פסקא באמצע פסיק; *vt* Gen. XXXV, 22. Num. XXV, 19. Deut II, 8. Ioſ IIII, 1. et VIII, 24. Iudic. II, 1. 1 Sam. XIIII, 19. 36. XVI, 2. et cet. ad ſignificandum ibidem eſſe *hiatum in medio verſu*, et ſenſum illic defectiuum eſſe ſupplendum.

Digitized by Google

vt finem verſus in vno codice in medio verſus obuium per piſka indicaret. Atque hanc noſtram ſententiam ex tribus argumentis corroborare poſſumus. Nam 1) ipſi Talmudiſtae teſtantur quod Ebraei diſcrepantes habuerint codices. Sic enim in Tract. *Nedarim* Cap. 4. fol. 38. col. a. legimus, אמר רב אחא בר ארא במערבא פסקין להרין פסוקא לתלתא פסוקין ויאמר ה׳ אל משה הנה אנכי בא אליך בעב הענן: i. e. *dixit R. Acha filius Ada, in occidente diuidunt huncce verſum in tres verſus*, (Exod. XVIIII, 9.) *et dixit Iehoua ad Moſen ecce ego veniam ad te in columna nubis etc.* Iſta igitur verba, quae in noſtris codicibus hodie adhuc vnico verſu et Silluko includuntur, in quibusdam olim tres conſtituerunt verſus. 2) Num. XXV, 19. in medio verſus nouum incipit comma, ex quo perſpicitur, quod R. Nathan diuiſionem capitum a Chriſtianis iam factam *) in Codice Ebraico eodem modo admittens eiusmodi codicem ſine dubio habuerit, qui ante verba iſta, quae nouum caput incipiunt, finem verſus conſtituit. 3) Gen. XXXV, 22. pro termino verſus varie in variis codicibus adſumto diuerſi etiam accentus actu expreſſi ſunt (§.CVIII -- CX.).

§. CXIIII.

Reſtat nunc in doctrina de locis Piſkatis, vt determinemus, quotnam ſint loca piſkata, et quaenam ſint genuina. Quae res eo difficilior eſt, quo magis philologi in enumerandis locis iſtis variant, dum alii plura alii pauciora loca proferunt. Huic nimirum diſcrepantiae ipſa Maſora occaſionem dedit, quippe quae ad Gen. IIII, 8. כ״ח hoc eſt, viginti octo, ſed ad Geneſ. XXXV, 22. כ״ה i. e. viginti quinque verſus iſto Piſka eſſe notatas docet. Et quia nondum

*) conf. Diſſertatio noſtra de Parentheſi Part. II. §. 13.

dum obſeruatum eſt, vbi et an Maſora hos verſus recenſeat, alii mox hunc, mox alium alii ad loca Piſkata retulerunt verſum,*) ita vt numeratis omnibus iſtis, qui a diuerſis auctoribus vel in Bibliis Hebraicis vel in accentuum libris adducta ſunt, 39. loca admitti deberent. Sunt autem ſequentia, Gen. IIII, 8. XXXV, 22. Exod. XX, 14. Num. XXV, 19. Deut. II, 8. V, 18. Ioſ. IIII, 1. VIII, 24. Iudi. II, 1. 1 Sam. X, 22. XIIII, 12. 19. 36. XVI, 2. 12. XVII, 37. XVIIII, 21. XXI, 10. XXIII, 2. 11. 2 Samuel. V, 2. 19. VI, 20. VII, 4. XII, 13. XVI, 13. XVII, 14. XVIII, 2. XXI, 1. 6. XXIIII, 10. 11. 23. 1 Reg. XIII, 20. 2 Reg. I, 17. Ieſ. VIII, 3. Ier. XXXVIII, 28. Ezech. III, 16. XXXXIIII, 15.

I. Maſora vt ſibimet ipſi contradicat, non facile admitti poteſt. Ideoque aſſerendum potius erit, quod per vitium ſcribendi ſemel litera ח pro ה, vel contra, fuerit ſubſtituta. Cum vero ח ex ה per vitium pennae et confluentis atramenti facilius potuerit oriri, quam ה ex ח; nos כ״ה i. e. 25. tanquam numerum verum locorum piskatorum adſumimus, et ſequentia loca pro genuinis agnoſcimus Gen. IV, 8. XXXV, 21. Num. XXV, 19. Deutr. II, 8. Ioſ. IV, 1. VIII, 24. 1 Sam X, 22. XIV, 36. XVI, 2. 12. XXIII, 2. 11. 2 Sam. V, 2. 19. VII, 4. XII, 13. XVI, 13. XVIII, 2. XXI, 1. XXIV, 11. 23. 1 Reg. XIII, 20. Ier. XXXVIII, 28. Ezech. III, 16. quibus tanquam locus vigeſimus quintus accedit verſus ille, in quo praeceptum nonum cum decimo pro diuiſione apud nos recepta extat, et qui bis legitur, ſcil. Exod. XX, 14. et Deuter. V, 18.

II. Reliqua autem loca pro ſpuriis ſunt habenda. Eſt igitur certis

 crite-

*) Conf. IO. GEORG ABICHTII Tract. de accentibus Hebr. cap. VIII. §. 4. IOH. BVXTORFIVS in claue Maſorethica p. 67. Edit in fol. celeb. IOH. DAV. MICHAELIS Anfangsgrunde der Hebr. Accentuation. p. 22. S. Reu. CHRISTOPH. SANCKII vollſtændige Anweiſung zu den Accenten der Hebræer p. 158. AVG. VARENII Diſſertat. de locis piſkatis. DAN. WEIMARI doctrina accentuat. Hebr. p. 108.

Digitized by Google

criteriis opus, ex quibus loca piskata genuina a ſpuriis poſſint cognoſci atque diſtingui. Haec vero ex natura locorum piskatorum deſumenda ſunt. Ex iſta nimirum locorum piſkatorum natura ſequitur, α) vt penes athnachum inter vocem athnacho notatam et inter vocem ſequentem ſit ſpatium vacuum (§. CXI.), β) vt finis verſus cuiusdam eſſe poſſit (§. CXIII), et ex natura loci piskati expreſſi, in quo ſcilicet duplex accentuum conſecutio deprehenditur expreſſa, aliud adhuc criterium deducitur, vt nimirum γ) in eiusmodi loco, qui inter loca piskata referri debet, et ſimplici tamen accentuum conſecutione tantum gaudet, pro diuerſo verſuum duorum in vnum combinandorum termino nullus accentus praeter Sillukum in locum Athnachi adhibendum eiusque ſeruum variare debeat. Si enim plures diſcreparent, illi ſimul exprimi deberent (§. CVII. ſeq.). Cum igitur commata illa, quae praeter loca in Scholio praecedenti adducta adhuc reſtant, illa criteria non habeant; illa pro locis piskatis genuinis agnoſci nequeunt.

SECTIO IV.

DE VARIIS DECALOGI DIVISIONIBVS

§. CXV.

De diuiſione decalogi non ſufficit cum multis dixiſſe: *decalogum aliter Lutherani aliter Reformati diuidunt*; ſed tres potius praeceptorum diuiſiones praecipuae notandae ſunt, quarum prima *Iudaica* vocari poteſt, altera appellatur *Auguſtiniana*, et tertia denique *Origeniana* cognominatur. Noſtrum igitur iam erit, vt diuiſionem iſtam triplicem primum recenſeamus, et cuiuslibet denominandae rationem ſuppeditemus, atque deinceps determinemus, quaenam diuiſio reliquis ſit praeferenda.

§. CXVI.

Prima decalogum diuidendi ratio in eo conſiſtit, vt vtrique

vtrique tabularum, quibus praecepta diuina inſcripta Iſraelitis a Moſe tradita ſunt, quinque adſignent praecepta, quorum primum eſſet: *Ego ſum Iehoua Deus tuus, qui eduxi te ex terra AEgypti, e domo ſeruorum* Exod. XX, 2. ſecundum, *ne ſit tibi vllus deorum alienorum praeter me, ne facias tibi ſculptile - - - - - et praecepta mea obſeruant* v. 3 - 6; tertium, *ne aſſumas nomen domini dei tui vane, nam neutiquam impunitum dimittet dominus eum, qui nomen ſuum vane ſumſerit* v. 7; quartum, *recordare diei ſabbathi, vt ſanctifices eum. Sex diebus opereris - - benedixit deus diei ſabbathi, eumque ſanctificauit* v. 8 - 11; quintum, *honora patrem tuum et matrem tuam, vt prolongentur dies tui in terra, quam dominus deus tuus dabit tibi* v. 12; ſextum, *ne occidas*; ſeptimum, *ne ſcorteris*; octauum, *ne fureris*; nonum, *ne proferas contra proximum tuum teſtimonium falſum* v. 13; decimum, *ne concupiſcas domum proximi tui: ne concupiſcas vxorem proximi tui, neque ſeruum eius aut ancillam eius, neque bouem eius aut aſinum eius; nec quicquid proximo tuo eſt* v. 14.

§. CXVII.

Hanc diuiſionem vocamus Iudaicam, quia Iudaei non tantum omnes eandem amplectuntur. Cognoſcere illud poſſumus ex Talmud. Babylon. codice *Maccoth* fol. 24. fac. 1. Codice *Kidduſchim* fol. 31. fac. 1. ex ABARBANELIS Commentario in Legem Sectione *Iethro* fol. 142. et ſect. *Vaethchannan* fol. 272. col. 1. et 3. MAIMONIDIS More Nebhochim P. II. Cap. 33. PHILONIS libro de decalogo Lib. I. p. 477. et antiquit. Biblic. p. 32. etc. Vnicum locum ex Abarbanele adiiciemus, ex quo diuiſio haec cognoſci poterit, et illud, quod in §. praec. diximus, patebit. Ita nimirum l. c. fol. 272. col. 1. circa finem ſcribit: והחמשה שהיו בלוח האחד היו אנכי׳ לא יהיה לך׳ לא תשא׳ זכור

את יום השבת׳ כבד את אביך׳ ובלוח השני היו חח׳ הנשארים לא תרצח׳ לא תנאף׳ לא תגנוב׳ לא תענה׳. לא תחמוד׳ שאלה הם הדברות העשרה: *et quinque* ſcil. effata diuina;. *quae fuerunt in tabula vna, ſunt:* 1) *Ego ſum* etc. 2) *ne ſit tibi* etc. 3) *ne ſumas* etc. 4) *recordare diei ſabbathi* etc. 5) *honora patrem tuum* etc. *In altera vero tabula ſunt quinque reliqua* 6) *ne occidas.* 7) *ne adulterium committas.* 8) *ne fureris.* 9) *ne reſpondeas* etc. 10) *ne concupiſcas* etc. *Et haec ſunt decem effata.* Ac deinceps fol. 273. col. 3. circa medium pergit: והנה היה דבור לא תרצח שהיה הראשון מן הלוח השני כנגד אנכי י״י אלוהיך שהוא הדבור הראשון׳ והדבור השני לא תנאף הוא כנגד דבור לא יהיה לך שהוא הדבור השני מהלוח הראשון׳ והדבור השלישי לא תגנוב הנא כנגד לא תשא שהוא הדבור השלישי מהלוח הראשון׳ והדבור הרביעי לא תענה ברעך עד שזא הוא כנגד זכור את יום השבת שהוא הדבור הרביעי מהלוח הראשון׳ ואמנם הדבור החמישי שהוא לא תחמור הוא כנגד כבר את אביך שהוא הדבור החמישי מהלוח הראשון:

Atque ſic praeceptum NE OCCIDAS, *quod eſt primum in tabula ſecunda, eſt e regione praecepti* EGO SVM IEHOVA DEVS TVVS, *quod praeceptum primum eſt. Porro effatum ſecundum* NE ADVLTERIVM COMMITTAS, *eſt e regione effati* NE SIT TIBI, *quod eſt effatum ſecundum in tabula prima. Deinceps effatum tertium* NE FVRERIS *eſt e regione effati* NE SVMAS, *quod eſt effatum tertium in tabula prima. Poſtea effatum quartum* NE RESPONDEAS CONTRA PROXIMVM TVVM VT TESTIS FALSVS *eſt e regione effati* RECORDARE DIEI SABBATHI, *quod eſt effatum quartum in tabula prima. Et tandem*

tandem effatum quintum, quod eſt NE CONCVPISCAS *eſt e regione effati* HONORA PATREM TVVM, *quod eſt effatum quintum in tabula prima.*

Plura vt hic addamus, et generatim in enarratione diuerſorum auctorum diuerſam decalogi diuiſionem adſumentium prolixiores ſimus, non erit opus, quia hac in re iam otium nobis fecerunt LVDOV. HERCVL. DASERVS in Tract. in quo Auguſtin. decalogi diuiſio ſtabilitur et vindicatur P. I. Cap. II. p. 31 ſeqq. LAVR. ODHELIVS in Diſſert. de Synagoga bifronte, et ANDR. RIVETVS in Explicat. Decalogi, ſ. praelect. plenior. in Cap. XX. Exodi annex. Tom. I. Opp. p. 1227. Hoc vnum vero obſeruetur velim, quod denominatio iſta, qua diuiſio mox nominata vocatur Iudaica, a potiori ſit deſumta, quodque praeter Iudaeos quidam etiam ſcriptores Chriſtiani ſint, qui diuiſionem iſtam laudarunt atque adprobarunt. Sed licet cum Iudaeis in eo conueniant, vt verba, *Ego ſum Iehoua Deus tuus, qui eduxi te e terra Aegypti* pro praecepto primo adſumant, et a verbis *ne ſit tibi* ſecundum praeceptum incipiant, noſtrumque nonum atque decimum deinceps coniungant; non tamen cum illis tabulae primae quinque praecepta adſignant, adeoque nec ſpeciatim praeceptum de honorandis parentibus ad illam referunt.

§. CXVIII.

Secundus decalogum diuidendi modus, ſecundum quem primae tabulae quatuor, et ſecundae ſex praecepta tribuuntur, hic eſt, vt primum praeceptum ſit, *Ego ſum Iehoua Deus tuus, qui eduxi te ex terra Aegypti, e domo ſeruorum; Ne ſit tibi vllus deorum alienorum coram me* Exod. XX, 2. 3. ſecundum, *ne facias tibi ſculptile aut vllam imaginem - - - quando diligunt me et obſeruant praecepta mea* v. 4. 5. 6; tertium, *ne aſſumito nomen Iehouae Dei tui, etc.* v. 7; quartum, *recordare diei ſabbathi etc.* v. 8 - - 11; quintum, *honora patrem tuum et matrem* etc. v. 12; ſextum, *ne occidas*; ſeptimum, *ne moeche-*

moecheris; octauum, *ne fureris*; nonum, *ne proferas contra proximum tuum teſtimonium falſum* v. 13; decimum, *ne concupiſcas domum proximi tui: ne concupiſcas vxorem proximi tui, neque ſeruum eius aut ancillam eius, neque bouem eius aut aſinum eius; nec quicquid eſt proximo tuo.* v. 14. Atque ſic haec diuidendi ratio cum diuiſione praecedente (§. CXVI.) reſpectu praecepti tertii vsque ad decimum conuenit, ſed in conſtituendo termino praecepti primi et ſecundi ab illa discrepat; ſicut etiam in deſignatione praeceptorum ad duas tabulas referendorum recedit.

Diuiſio haec vocatur Origeniana, quia inter Chriſtianos ſcriptores ORIGENES non praecipuus tantum, ſed et, quantum quidem notum eſt, primus eiusdem aſſertor fuit. Sic enim in Homil. in Exod. Lib. III. Homil. VIII. ſcribit: *primum mandatum eſt, non erunt tibi dii alii praeter me, ſecundum, non facies tibi idolum neque vllam ſimilitudinem.* Eumque deinceps ſecuti ſunt, hancque diuiſionem adprobarunt GREGORIVS NAZIANZENVS, HIERONYMVS, SVLPITIVS SEVERVS, ZONARAS, PROCOPIVS GAZAEVS, PRIMASIVS, IONAS AVRELIANENSIS, RVPERTVS, CALVINVS Lib. II. Inſtit. Cap. VIII. § 13 ſeqq. et omnes ferme eccleſiae Reformatae addicti doctores. Interim illum praeceptorum ordinem iam propoſuit IOSEPHVS in Antiqq. Iudaic. Lib. III. Cap. VI. p. 63. Edit. Latin Froben. vbi ſcribitur: Et verba quidem, quae Moſes in duabus tabulis dereliquit, fas nobis non eſt ſecundum vnumquemque ſermonem aperte depromere: virtutes autem eorum inſinuabimus. *Docet itaque nos* primus *ſermo, quod Deus eſt vnus, et hic ſolummodo eſt colendus.* Secundus *autem iubet, nullius animalis factam imaginem penitus adorandam.* Tertius *vero, vt per Deum in nulla re aliquis debeat fruſtra iurare.* Quartus, *ſeruandas ſeptimanas, cum ab omni forent opere ceſſaturi.* Quintus *vero, parentes bonorandos.* Sextus, *abſtinendum a caede.* Septimus *vero, non adulterandum.* Octauus *autem furtum non faciendum.* Nonus, *falſum teſtimo*

nium

nium non dicendum. Decimus *autem nullius alienae rei habendam eſſe concupiſcentiam.*

§. CXVIIII.

Tertia decalogum diuidendi ratio, ſecundum quam ad primam tabulam tria, et ad ſecundam ſeptem praecepta referuntur, ex ſuperioribus iam poteſt cognoſci. conf. §. XCVIII. CIV. Et pro hac diuiſione eſt praeceptum primum, *Ego ſum Iehoua Deus, poſtquam eduxi te e terra Aegypti, e domo ſeruorum, ne ſint tibi dii alieni coram me, ne facias tibi ſculptile - - - diligentibus me et obſeruantibus praecepta mea* Exod. XX, 2--6; ſecundum, *ne aſſumito nomen* &c. v. 7. tertium, *recordare diei ſabbathi* &c. v. 8--11. quartum, *honora patrem tuum* &c. v. 12. quintum, *ne occidas*; ſextum *ne moecheris*; ſeptimum, *ne fureris*; octauum, *ne proferas contra proximum tuum teſtimonium falſum* v. 13. nonum, *ne concupiſcas domum proximi tui*; decimumque, *ne concupiſcas vxorem proximi tui, neque ſeruum eius aut ancillam eius, neque bouem eius aut aſinum eius: nec quicquid proximo tuo eſt* ſcil. concupiſcas. v. 14.

De diuiſione hac licet veſtigia iam Secul. II. et III. inter ſcriptores Chriſtianos deprehendantur; illa tamen ideo *Auguſtiniana* cognominata fuit, quia AVGVSTINVS eandem praecipue inculcauit, et clare propoſuit, quando ſcribit: *Viuitur male aduerſus tria et ſeptem*, it. *mihi videntur congruentius accipi tria illa et iſta ſeptem, quoniam videntur Trinitatem illa, quae ad Deum pertinent, inſinuare diligentius intuentibus. Et reuera quod dictum eſt, non erunt tibi dei alieni, hoc ipſum perfectius explicatur, cum prohibentur colenda figmenta.* conf. eius Quaeſt. LXXI. in Exod. Lib. III Confeſſ. C. VIII. addeque Epiſt. 119 ad Ianuar. Lib. XV. contra Fauſt. C. VII de decem chordis Cap. V. et VI. in Pſalm. XXXII. Serm. 95. et 148. de tempore. Suffragati ſunt huic diuiſioni ex veteribus BEDA, BERNHARDVS, LYRANVS,

Digitized by Google

NVS, HVGO de S. CARO, LOMBARDVS, aliique. Et poſtquam magnus noſter LVTHERVS diuiſionem hancce ab Eccleſia Romano-Catholica hauſtam retinuit, noſtri Philologi et Theologi ferme omnes ac ſinguli ad hunc vsque diem adſumunt atque defendunt.

§. CXX.

Praeter hanc diuiſionem triplicem hactenus indicatam duplex adhuc alius ſingularis praeceptorum ordo deprehenditur, et alter apud *Heſychium*, alter autem apud *Samaritanos* occurrit. Et haec eſt ratio, cur tres iſtas diuiſiones ſupra §. CXV. tres praecipuas praeceptorum diuiſiones, nominauimus. Vtque lectores noſtri beneuoli has duas etiam diuiſiones reliquas ſciant, de iſtis haec annotamus. RIVETVS in Explic. Decalogi T. I. Opp. p. 1226. et OSIANDER in Typ. L. M. th. 187. p. 210. referunt, THOMAM Qu. 100. Artic. IV. ex Comment. HESYCHII in Leu. arguere, ſtatuiſſe eum, *praeceptum de obſeruatione Sabbathi non eſſe de decem praeceptis, quia non ſit obſeruandum ſecundum literam et ſecundum omne tempus*; *hinc primum ipſi fuiſſe praeceptum*: *Ego ſum dominus &c. ſecundum*: *non habebis Deos &c. tertium*: *non facies tibi ſculptile*; *quartum*: *non aſſumes nomen Dei &c. quintum*: *honora patrem*; *nonum*: *non dices falſum teſtimonium*; *decimum*: *non concupiſces.* Samaritani initium decalogi non faciunt a verbis, *Ego ſum Iehoua Deus tuus*, ſed a vocibus: *non erunt tibi dii alii coram me, non facies tibi ſculptile - - - diligentibus me et obſeruantibus praecepta mea.* Et hoc ipſis quidem eſt primum praeceptum. Secundum deinceps eſt, *non aſſumes* &c. octauumque, *non teſtaberis in ſocium tuum teſtimonium mendacii*; atque nonum: *non concupiſces domum ſocii tui, nec concupiſces vxorem ſocii tui, agrum eius, ſeruum eius et ancillam eius, bouem eius et aſinum eius, et omne quod ſocii tui eſt.* Cumque hac ratione nouem tantum ſint praecepta, atque deci-

Google

decimum deſideretur; Samaritani in Exod. XX. pericopen quandam ex Deut. XI. et XXVII. inſerebant, quae praeceptum decimum ſupplere, atque ſic decalogum abſoluere debebat. Deſumebant nimirum ex Deut. XI, 29. et ex cap. XXVII, 2‥7. verba haec: *Et erit cum induxerit te dominus deus tuus in terram Canaan, in quam tu venies ad poſſidendam illam; Et eriges tibi lapides magnos, et oblines illos calce, et ſcribes ſuper lapides omnia verba legis huius. Et erit in tranſeundo vos Iordanem, erigetis lapides illos, de quibus ego praecipio vobis hodie, in monte Garizim. Et aedificabis ibi altare domino deo tuo, altare lapidum, non eleuabitur ſuper illos ferrum. Et lapidibus integris aedificabis altare domini dei tui. Et offeres ſuper illo holocauſta domino deo tuo, et ſacrificabis ſacrific. eucharistica et comedes ibi, et laetaberis coram domino deo tuo.* Itemque ex Cap. XI, 30. deinceps iterum addebant, *Mons iſte eſt trans Iordanem, poſt viam verſus occaſum ſolis in terra Canaanitae, habitantis in planitie, e regione Gilgal, iuxta quercum More.* De quibus additamentis DASERVS l. c. p. 37. haud male iudicat: „rationem, cur verba iſta ex Deutr. XI. „et XXVI. loco decimi praecepti in decalogum inſuerint, „non e longinquo ducendam eſſe, ex voce *Garizim*, quae „quidem in Deutr. nunquam legebatur, ſed demum pro „monte *Ebal* a Samaritanis ſubſtituebatur, patet. In hoc „enim monte templum ſuum habebant, Numenque colebant, et hac ratione ſacris ſuis auctoritatem conciliari exiſtimabant.„

§. CXXI.

Sic igitur de numero denario praeceptorum legem moralem continentium omnes omnino eruditi conueniunt, atque in conſtituendo termino cuiuslibet praecepti tantum diſcrepant. Et ſicut numerus iſte denarius ex ipſis ſcripturae

ſacr. effatis demonſtrari et extra omnem dubitationis aleam poni poteſt, ita etiam diuiſio praeceptorum ab eccleſiae noſtrae doctoribus recepta reliquis illa diuidendi modis palmam ex variis rationibus praeripit. Quod decem nimirum praecepta conſtitui debeant, ſcriptura ſacra teſtatur, dum tribus in locis עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים *decem verborum* mentionem facit. Haec a LXX. interpr. per *δέκα λόγυς* vertuntur, exindeque nomen Graecum a Latinis receptum *Decalogus* ortum ſuum trahit conf. §. CIV. Quando vero עשרת הדברים a ſcriptura ſacr. nominantur, quilibet facile iudicare atque perſpicere poterit, per illa hoc loco non decem verba aut voces, ſed tot effata atque praecepta tota innui. Quod hunc ſignificatum nomen דָּבָר habere poſſit, tam ex deriuatione quam ex vſu eiusdem oſtendere poſſumus. Deſcendit enim a radice דָּבַר, quae non ſolum ſignificat *dixit, locutus eſt*, ſed etiam *edixit*, *praecepit*, *mandauit* (*§. 66.* Interpr.), quem praecipiendi ſignificatum praeter alia loca deprehendimus v. g. Exod. I, 17. Leuit. X, 5. 12. Cumque nomina non ſolum verbi ſui naturam ſequantur ſeruando qualitatem verbi et coniugationis characterem (§. 29. I. Gram. Danz.), ſed et ſignificationem verbis conuenientem ab iisdem deſumendo; nomen דָּבָר ab hac radice deriuatum non ſolum verbum et vocem, ſed etiam ſententiam, praeceptum, mandatum ſignificare poſſe conſtat, prouti in poſteriori hoc ſignificatu occurrit Eſther I, 12. Ion. I, 1. Confirmant etiam ſignificationem nominatam LXX. interpr. apud quos דָּבָר interdum redditur *εντολη* Deutr. XVII, 19. Ier. XII, 14. atque interdum *νομος* Pſalm. CXVIIII, 57. 104. itemque Chaldaeus, qui in translatione ſua decem דְּבָרִים per decem פִּתְגָּמִין vertit, quae vox mandati et decreti notionem frequentiſſime exprimit v. g. Dan. III, 16. Eccleſ. VIII, 11. Eſth. I, 20. Atque ſic deriuatio atque vſus vocis

ſatis

ſatis ſuperque teſtantur, quod דָּבָר mandatum et praeceptum ſignificare poſſit; quod vero hoc loco ſignificatus hic cum voce iſta neceſſario combinari debeat, ipſa rei indoles euidenter oſtendit. Si quis enim ſic dictum decalogum leget atque releget, non decem tantum ſed multo plura verba ibi inueniet, atque mandata legislatoris diuini a Moſe cum Iſraëlitis communicata deprehendet. Quae cum dicantur עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים; haec decem דְּבָרִים de praeceptis interpretemur neceſſe eſt.

De Rabbinis quibusdam notandum eſt, quod עשרת הדברים non interpretentur de decem praeceptis a Deo ad populum datis, ſed de decem verbis, effatis et elocutionibus, quas a praeceptis contentis in illis diſcernunt. Ita enim *R. Iſaac ben Arama* in ſic dicto effato eorum ſecundo ne ſit tibi vllus deorum alienorum praeter me, ne facias tibi ſculptile aut etc. §. CXVI. duo adſumit praecepta, quando ſcribit: *etſi quoad numerum decem verba ſunt, nihil tamen impedit, quo minus in vno verbo (ſ. effato) bina vel plura praecepta numerentur.* Atque ſic etiam alii diſtinctionem inter praecepta generalia et ſpecialia facientes tredecim vel quatuordecim praeceptorum in decalogo contentorum mentionem faciunt. Adiiciemus iſta de re integrum locum ex celeberrimo inter Iudaeos ſcriptore *R. Don Iſaac Abarbanel*, quia ex illo non ſolum diſcrimen hoc inter verba et praecepta cognoſci, ſed exinde quoque diuiſio Iudaeis ſupra tributa §. CXVI. perſpici atque corroborari poteſt. Sic nimirum Abarbanel in Commentar. in Legem Sect. *Iethro* fol. 140. ſcribit: ואחרי הקדמתי זאת אומר ראשונה בדברות שלא היה מספרם עשרה בערך המצות שבהם ולא כפי הדרושים אלא כפי הדבורים ששמעו וההפסקות שהיו בין דבור לדבור כי הם שמעו ראשונה דבור אנכי עד מבית עבדים ונפסק. ואחר כך שמעו דבור שני לא יהיה לך עד ולשומרי מצותי ונפסק. אח״כ שמעו דבור שלישי לא תשא עד את שמו לשוא ונפסק. אחר כך שמעו דבור חמישי כבד את אביך עד סופו ונפסק. אחר

כך דבור ששי לא תרצח ונפסק· וכן דבור שביעי לא
תנאף ודבור שמיני לא תגנוף ודבור תשיעי לא תענה·
כל אחד דבור בפני עצמו בערך ההפסקות ודבור עשירי
לא תחמוד ולפי שבא מרובק וסמוך עם לא תחמוד
השני עד וכל אשר לרעך לכן נמנה כלו כדבור עשירי·

i. e. poſtquam autem hoc praefatus ſum, dicam nunc primum de verbis, quod numerus eorum denarius non ſit intelligendus reſpectu praeceptorum, quae in iſtis continentur, nec ſecundum complexum variarum eorum materiarum, ſed ratione ipſorum verborum quae audiuerunt, et pauſarum quae inter vnumquodque praeceptum intercesſerunt. Nam ipſi primum audiuerunt verbum *ego ſum* vsque ad *e domo ſeruorum* (Exod. XX. 2. ab init. vsque ad fin.) vbi pauſa facta eſt. Deinde audiuerunt verbum ſecundum, *ne ſit tibi* vsque ad *et obſeruantibus praecepta mea* (v. 3-6.), vbi pauſa facta eſt. Poſtea audiuerunt verbum tertium *ne tollas* vsque ad *nomen eius in vanum* (v. 7.), vbi pauſa eſt. Porro audiuerunt verbum quartum *recordare diei ſabbathi* vsque ad *et ſanctificauit illum* (v. 8-11.), vbi pauſa facta eſt. Porro audiuerunt verbum quintum *honora patrem tuum* vsque ad finem eius (v. 12.), et tunc pauſa eſt facta. Poſtea audiuerunt verbum ſextum *ne occidas*, vbi pauſa eſt, ideoque pro verbo vno numeratur propter pauſam iſtam, licet admodum paucis vocibus conſtet Et ſic etiam quod ad verbum ſeptimum *ne adulterium committas*, et verbum octauum *ne fureris* verbumque nonum ne *reſpondeas*, ſingula haec verba ſunt verba peculiaria et ſeparata reſpectu pauſarum. Itemque quod attinet ad verbum decimum *ne concupiſcas*, quia cohaeret et conſtruitur cum altero *ne concupiſcas* vsque ad *et quicquid eſt proximo tuo* (v. 14.); coniunctim tanquam decimum verbum numeratur.

Licet vero hac ratione ex mente Iudaeorum plura in decalogo quam decem numerari poſſint praecepta, decem tamen verbis ſ. effatis decalogum conſiſtere aſſerunt. Cum igitur nos per praecepta illud ipſum intelligamus, quod Iudaei vocant verba ſ. effata; numerum denarium praeceptorum legem moralem conſtituentium hoc ſignificatu Iudaei etiam admittunt. Complexus ſcil. tot vocum quas Deus in vna ſerie vno quaſi halitu protulit, ac deinceps Silluko quodam includi cura-

curauit, a Rabbinis iſtis vocatur דבור אחד *verbum* ſ. *effatum vnum*. Et quia nos eundem hunc ſignificatum praecepto tribuimus, Iudaei etiam pro noſtro ſignificatu denarium numerum praeceptorum adſumunt atque concedunt.

§. CXXII.

Decem ſunt praecepta in decalogo (§. praec.), ſed in conſtituendo termino praecepti cuiuslibet non omnes conſentire ex §. CXVI ſeqq. patet. Diiudicabimus nunc diſcrepantiam illam, quoniam hac de re inter theologos noſtros et reformatae eccleſiae doctores longa agitata eſt controuerſia. Noſtrates iam dudum iudicarunt, diuiſionem decalogi pertinere ad adiaphora, in quibus libertas ſentiendi atque eligendi cuilibet parti concedi poſſet, adeoque non ſpectare doctrinam de iſta ad ſalutis fundamentum, de qua cum diſſentientibus vt contentioſe et odioſe pugnemus haud eſſet opus. *) Sic v. g. IOH. PAPPVS **) ſcribit: *Wir bekennen vor unſere Perſonen, daſs an ſolcher Abtheilung ſo hoch nicht gelegen, und haltens davor, daſs ohne Verletzung der Gewiſſen die eine oder andere könte gebraucht werden, ſo man allein die Gebote an ihnen ſelbſt recht verſtehet und ausleget. Daſs man aber ein ſolch nothwendig Werk daraus machen will, die zehen Gebot eben nach dieſer oder nach der andern Abtheilung zu ſprechen, das, ſagen wir, ſeye unrecht und ſtreite wider die Chriſtliche Freyheit.* Et in Cynoſura Eccleſiaſtica Argentorat. p. 79. ſeq. legimus: *Was da anlangt die Abtheilung der zehen Gebote, daſs es unſers Theils vor ein Mittelding gehalten wird, die eine oder andere*

*) conf. MARTIN. CHEMNITIVS in loc. commun. P. II. Cap. VII. IOH. CONR. DANHAVERVS in colleg. decalogico p. 16. IOH. FRANC. BVDDEVS in Inſtitut. theol. moral. p. 548. et S. Ven. WALCHII noſtri *Einleitung in die Polemiſche Gottesgelahrheit* Lib. IV. Sect. I. §. 72.

**) *im Bericht auf dem Zweybrückiſchen Catechiſmum* an. 1588.

Digitized by Google

andere Abtheilung zu brauchen, da allein keine Superſtition mit lauft, als ob nur die eine recht, die andere aber unrecht und falſch ſeye. Darum dann nicht allein die eine Abtheilung, da in der erſten Tafel vier Gebot, in der andern nur ſechſe ſind, in dem teutſchen Catechiſmo und in der Kirchen gebraucht wird, ſondern auch in der Schul, in dem lateiniſchen und griechiſchen Catechiſmo die andere, da in der erſten Tafel allein drey, und in der andern Tafel ſieben Gebot ſind. Nec moderatiores inter reformatos aliter ſentiunt, CALVINVM *) ſequentes, qui *in diuiſionem praeceptorum,* inquit, *noſcendam non male ſtudium impenditur, modo eius generis rem eſſe memineris, in quo liberum cuique iudicium eſſe debeat, ob quam non ſit contentioſe cum diſſentiente pugnandum.* At licet omnino verum ſit, quod cardo fidei in hac re non vertatur, quodque praeceptorum partitio de ſe et ſuà natura ſine reſpectu ad noſtra ſecula et lites ob eam motas ſit indifferens; nunc tamen in eo qui libris ſymbolicis ſubſcripſit, et cui eorum auctoritas curae cordique eſt, laudari non poterit, ſi veram decalogi diuiſionem a noſtra eccleſia receptam vilipendere, nec eam pro viribus defendere velit. Quoniam nimirum Reformati noſtram partitionem tanquam ineptam publice declararunt, eamque conuitiis acerrimis proſcindunt; a diuiſione Auguſtiniana a Luthero retenta et confeſſionibus noſtris publicis ſemel ſtabilita ſine fidei ſymbolicae detrimento nullus Lutheranorum doctorum recedere et iſtius defenſionem facile omittere poteſt. De conuitiis iſtis quilibet conuinci poterit, ſi modo perpendat, quod teſte Daſero **) GENTILIS in Apolog. pro Chriſt. Gall. Cap. de imag. omiſſionem praecepti de ſculptilibus vocet nefarium ſacrilegium et immane faci-

*) in Inſtitut. Chriſt. religion. Lib. II. Cap. VIII. Sect. XII. p. 127.
**) l. c. in praefatione p. 1?.

facinus; quod *Anhaltini* *) huc referant dictum Chriſti Matth. V, 19. atque dicant: *welcher aber unter dieſen admonenten wan Ihnen einer 10. Thaler ſchuldig waere, der 8. gantze und 2. halbe aufzehlete, würde den Betrug nicht merken? und doch haelt man Gott vor ſo alber, daſs er der erſten Tafel Verſtümmelung überſehen, und im letzten Gebot die Fallaciam diuiſionis nicht mercken ſoll etc.*; quod *Neo-Marburgenſes* diuiſionem ſuam nominent redintegrationem decalogi, et **) tremendam iudicii extremi ſententiam minentur iis, qui ad partes ſuas non accedant, propterea, quod tales horribiliter contradicant ori altiſſimi, et mutilate et ſemiplene decalogum doceant, eccleſiam ſeducant, et ſanctum Iſraëlis exacerbent, excipiendi olim non minus, ac ſeruus ille infidelis Matth. XXV. Plauſtrum quoque conuiciorum atque ſcommatum MARC. FRID. WENDELINVS in diſſidentes, ſpeciatim HIMMELIVM, in Exercit. Anti-Gerhard. Exerc. 134. nec non in Theol. Chriſt. Lib. II. Cap. IV. th. 6. exonerauit.

§. CXXIII.

Sic igitur veritas diuiſionis noſtrae Auguſtinianae vt oſtendatur neceſſe eſt. Laudandi proinde ſunt qui variis ex rationibus illam probare et b. Lutherum hac in re defendere adlaborarunt. ***) Communiſſimum hac in re argumen-

*) in Apolog. contra quosdam Nobiles p. 28. ſeq.

**) in Reſponſo Apolog. p. 111. 112. 143.

***) conf. BALTHAS. MENZERVS in Diſput. quae eſt VII. in Tom. I. Diſput. Gieſſ. IOH. WINCKELMANNVS in Diſſ. de diuiſione et mutilatione decalogi, quae eſt XI. in T. I. Diſp. Gieſſ. IOH. GERHARDVS Loc. de Lege §. 47. FRANTZIVS de diſtributione praeceptorum decalogi, MEISNERVS in Collegio adiaphoriſtico Diſput. II. p. 33. RVS in Harm. Euang. Tom III. in praefat. DASERVS in Tract. in quo Auguſtiniana decalogi diuiſio ſtabilitur et vindicatur. M. I. CHRISTIAN. SCHV[illegible]II Diſcrimen IX. et X. praecepti ex fontibus criticis diductum, aliique quos laudat FABRICIVS in Centifol. Luther. C. 166.

gumentum ab obiecti indole et accentuum conſecutione haud male deſumitur.*) Prouocant nimirum noſtrates ad probandam diuidendi rationem in Eccleſia noſtra receptam ad accentuationem in primo praecepto continuatam atque ad diuerſitatem obiecti in nono et decimo praecepto obuiam. Vbi nullum, inquiunt, diuerſum eſt obiectum, ibi etiam nullum eſt diſtinctum praeceptum. Cum igitur in verbis Exod. XX, 2-6. non ſit diuerſitas obiecti; exinde concludunt, quod verba iſta vnicum conſtituant praeceptum. Cumque e contrario in verbis Exod. XX, 14. diuerſitas obiecti inueniatur, ita vt non tantum concupiſcentia actualis ſed etiam habitualis concupiſcentia interdicatur, ad quam concupiſcentiae diuerſitatem indicandam Moſes in repetitione decalogi Deut. V, 21. duo diuerſa verba adhibuiſſet; in his verbis duo etiam praecepta aſſumunt, ita vt nonum et decimum praeceptum in iisdem contineatur. Robur omnino argumento huic accedit, et noſtra decalogi diuiſio egregie confirmatur, ſi ad accentuum conſecutionem attendamus. Ex duplici nimirum accentuatione in decalogo obuia vna accentuum ſequela verſum altera vero praeceptum reſpicit (§. XCIV.). Cum igitur verba Exod. XX, 2-6. vnico Silluko praeceptiuo includantur, vnumque adeo praeceptum conſtituant (§. XCIX.), atque in reliquis verbis a commate 7-13. ſeptem praecepta inueniantur (§. C--CIII.); et decem tamen praecepta eſſe debeant (§. CXXI.): in verbis Exod. XX, 14. propter accentuationem in praecedentibus obuiam duo praecepta debent aſſumi, ita vt Athnach Silluki praeceptiui vicem hic ſimul ſuſtineat (§. CIV.).

Nec

*) vide S. R. PFAFFII Inſtitut. Theol. Dogm. et Moral. P. II. C III. §. 2. p. 293. et S. R. WALCHII noſtri *Einleitung in die Polemiſche Gottesgelahrheit* Lib. IV. Sect. I. §. 73. p. 1021.

EXERCITATIO QVARTA
DOCTRINAM
DE DVPLICI ACCENTVATIONE
ET
LOCIS PISKATIS
EXHIBET.

Digitized by Google

CONSPECTVS EXERCIT. IV.

Poſtquam oſtendimus quaenam res in hac Exercit. proponantur, et ordinem eas pertractandi indicauimus §. LXXIV.

in SECTIONE I. *indoles et diuerſitas accentuationis duplicis docetur* §. LXXV - LXXX. *ideoque in illa*

diſcrimen inter accentuationem duplicem ſimpliciter talem *et inter* accentuationem duplicem conſecutiuam *conſtituitur* §. LXXV. *et*

ratione accentuationis duplicis ſimpliciter talis accentus duo in vnica voce obuii in coordinatos *et* ſubordinatos *diuiduntur* §. LXXVI. *tuncque*

de accentibus ſubordinatis exempla in quibus Sakeph katon *cum ſubdiſtinctiuo ſuo minori* paſchta *in vna voce occurrit adducuntur* §. LXXVII. *et*

loca, in quibus dominus iſte cum ſeruo ſuo munach combinatur, congeruntur §. LXXVIII. *atque deinceps*

exempla reliquorum accentuum ſubordinatorum in eadem voce concurrentium adduntur §. LXXIX.

Ac tandem loca biblica, in quibus accentus duplices coordinati coniuncta ſunt, proferuntur §. LXXX.

SECTIO II. *rationem de duplici accentuatione tradit* §. LXXXI - LXXXXVI.

Et poſtquam indicauimus, cur ſectio haec in duo membra diuidatur §. LXXXI.

MEMBRVM I. *rationem accentuationis duplicis ſimpliciter talis docet* §. LXXXII - LXXXVII.

rationes accentuum duplic. ſubordinatorum poſſunt eſſe diuerſae, earumque prima ſuppeditatur §. LXXXII.

ratio ſecunda de illis traditur §. LXXXIII.

atque tertia ratio additur §. LXXXIV.

De accentibus duplic. coordinatis quomodo iudicandum ſit docetur §. LXXXV.

et poſtquam concurſum ſeruorum merca *et* mahpach *itemque dominorum* Gereſch *et* Tliſcha *diiudicauimus* §. LXXXVI.

de concurſu aliorum ſeruorum in eadem voce obuiarum agitur §. LXXXVII.

MEMBRVM II. *rationem accentuationis duplicis conſecutiuae in decalogo ſuppeditat* §. LXXXVIII - LXXXXVI.

Ordo

Ordo tractandi oſtenditur §. LXXXVIII. *tuncque*

1) *rationes duplicis huius accentuationis oſtenduntur remotiue* §. LXXXIX -- LXXXXIII.

prima nimirum huius rei ratio adducitur atque reiicitur §. LXXXIX.

ratio ſecunda affertur atque diiudicatur §. LXXXX.

tertia de accentuatione duplici hypotheſis examinatur §. LXXXXI.

quarta huius accentuationis ratio traditur atque remouetur §. LXXXXII.

quinta tandem de duplici accentuatione decalog. ſententia etiam reiicitur §. LXXXXIII.

2) *vera huius accentuationis ratio poſitiue oſtenditur, atque ratio ordine ſexta ſtabilitur, ipſaque ſententia noſtra a priori et a poſteriori confirmatur* §. LXXXXIV.

Ac deinceps docetur, cur accentuationem duplicem in decalogo obuiam non ab vno eodemque auctore profectam eſſe adſeramus §. LXXXXV.

et duplex ratio, cur accentuationem praeceptiuam recentiori auctori tribuamus, ſuppeditatur §. LXXXXVI.

In SECTIONE III. *de modo accentuationem duplicem peragendi et diiudicandi agitur* §. LXXXXVII - CXIV.

Vbi odine tractationis indicato §. LXXXXVII.

MEMBRVM I. *modum accentuationem duplicem inſtituendi docet* §. LXXXXVIII -- CV.

Ipſe nimirum modus praeſcribitur §. LXXXXVIII.

et ad decem praecepta adplicatur §. LXXXXIX -- CV.

inſtituitur enim accentuatio praecepti primi §. LXXXXIX.

praecepti ſecundi §. C.

praecepti tertii §. CI.

praecepti quarti §. CII.

praecept. quinti, ſexti, ſeptimi et octaui §. CIII.

praecept. noni et decimi §. CIV.

Ac deinceps problema additur, an et quomodo ſcire poſſimus, quinam ex accentibus duobus in voce vna occurrentibus ad praeceptum, et quinam ad verſum ſe referat? §. CV.

MEMBRVM II. *de locis piskatis agit* §. CVI -- CXIV.

Quot momentis doctrina de locis piskatis abſoluatur oſtenditur §. CVI.

et

Nec obiici poteſt, quod per accentuationem nouem tantum eſſent praecepta, quodque ea ad determinandos praeceptorum limites ideo nil conferat, quia in commate 14. accentuatio eſſet ſimplex, adeoque et verſicularis et praeceptiua coincideret, vnicoque ſubordinaretur Silluko. Quoniam enim comma hocce inter loca piskata pertinet (§. CXIV. Schol. I.), in hiſce autem, vbi praeter Sillukum, in locum Athnachi ponendum, eiusque ſeruum praecedentem accentus alii non diſcrepant, duplex accentuatio non deprehenditur, ſed per Athnachum officium Silluki ſimul exprimitur (§. CXIV. Schol. II.); in verbis Exod. XX, 14. non duplex adeſt accentuatio expreſſa, et per Athnachum tamen nonum praeceptum terminari recte aſſeritur. Cumque pro diuiſione Iudaica et Origeniana finis praecepti cuiusdam, quod pro primo adſumunt, apud Rbhiam conſtitui debeat, hoc vero admitti non queat; exinde nunc quiuis poterit iudicare, quod accentuatio noſtrae diuiſioni faueat, et diuiſionem a Reformatis acceptam reiiciat.

§. CXXIIII.

Nouum argumentum philologicum haud contemnendum pro noſtra diuiſione deſumitur a Judaeorum ſignis, quae ſingulis decem praeceptis adduntur, quaeue certa eaque diſcretiua ſigna argumenti diuerſi in toto Pentateucho ſunt. Qua de re verba RVSII noſtri poſt fata etiam celeberrimi addemus. Sic vero ille in Harmon. Euang. Tom. III. in praef. p. 42. *Fauet praeterea*, inquit, *opinioni, quae duo conſtituit de concupiſcentia praecepta valde antiquus Iudaeorum mos, quo* ס *appictum legitur inter* לא תחמוד בית רעך *et inter* לא תחמד אשת רעך וגו' *in Exodo pariter ac Deuter. quod ad calcem reliquorum omnium decalogi praeceptorum cernimus adiectum. Occurrit vero illa diuiſionis nota inter vtrumque* תחמוד *in Exodo, et inter* לא תחמוד *et* לא תתאוה *in Deuter. notante* Or Tora fol. 8. a. et fol. 11. a. *in probatiſſimis Codicibus manuſcriptis Hiſpanicis, AEgyptiacis, Hieroſolymitanis etc. exprimiturque ab Athia, et ad illius imitationem a Iablonsky, qui ſecundum tria illa exemplaria, quae Synagoga Amſtelodamenſis poſſidet 1667. accuratiorem ſuam editionem adornari curauit. Quum igitur nulla prorſus iſtiusmodi nota, immo ne ſpatium quidem pro eadem vacuum, vel in vno codice occurrat inter verba de* non habendis

diis alienis; *et de* non faciendis imaginibus: *facile non liquet, non in his ſed in vltimis Decalogi verbis duo diſtincta praecepta eſſe ſtatuenda.*

Vt vero argumentum ab hiſce ſignis deſumtum eo magis intelligi atque diiudicari poſſit, ex Critica vberius notandum eſt, 1) quod totus Pentateuchus a Iudaeis antiquioribus diuiſus fuerit in פרשיות Paraſchas i. e. *ſectiones diſtinctas*, easque vel *maiores* vel *minores*. Paraſchae maiores ſunt penſa hebdomadaria lectionum legalium num. LIV. quia Iudaei quotannis Pentateuchum abſoluere tenentur, minores autem ſunt minutiores interſectiones legis, ſiue paraſcharum maiorum pro materiae diuerſitate. Maiores aeque ac minores diuiduntur in פתוחות *apertas*, quae in volumine legis M. S inchoantur ab initio lineae, et סתומות *clauſas*, quae inchoantur in medio lineae. Paraſchae apertae maiores ſignantur tribus פפפ maioribus, minores vero vnico פ minuſculo, ſicut paraſchae clauſae maiores tribus ססס maioribus, minores autem vno ס minuſculo indicantur. *) 2) quod de origine ſectionum harum, earumque ſignorum, etſi nihil certi definiri queat, illud tamen certiſſimum ſit, ſectiones iſtas earumque ſigna iam longe ante Chriſtum natum inter Iudaeos fuiſſe vſitata, quodque plurimi noſtri philologi Iudaeos ſaniores ſecuti ſectionum memoratarum numerum, ordinem atque penſa Eſdrae vel Synagogae magnae in acceptis ferant. **) 3) quod omiſſo ſigni ס inter 9. et 10. noſtrum praeceptum in codicibus paucis et in numeratione Paraſcharum a MAIMONIDE inſtituta contra nos nil probet. MAIMONIDES enim in repetitione decalogi Deut. V, 6. ſignum illud omnino numerat, et vbi in paucis illis codicibus ס non reperitur, contra fidem Maſorae illud factum eſt. ***).

*) conf. BARTOLOCCIVS P. II. Biblioth. Rabb. p. 593. BVXTORFIVS de Abbreuiatur. p. 281. HOTTINGERVS in Theſaur. philolog. p. 217. LEVSDENIVS in Philol. Hebr. Diſſ. IV. PFEIFFERVS in crit ſacr. Cap. I. p. 7. ſeq.

**) conf. PFEIFFERVS l. c. Quaeſt. IV. p. 19. CARPZOVIVS in critica ſacr. P. I. Cap. IV. §. 4. p. 143. aliique ibi citati.

***) conf. ABICHT in Accent. Hebr. Cap. VII. §. VII. p. 106. ſeq. ELSWICHIVS de Reliq. Papat. Cap. IV. §. IV. p. 90. ſeq.

Nachricht an dem Buchbinder.

Weil bey einigen Bogen leicht ein Verſehen im Heften vorgehen könnte, ſo hat man auf ein paar Stücke wohl zu ſehen.

I.) müſſen die Bogen T und V von einander geſchnitten, und die Helfte von dem einen zu der Helffte von dem andern genommen werden, wie der Cuſtos ausweiſet.

II.) Muß das Titeelblat zu den 3. letztern Exercitationibus, worauf der Conſpectus derſelben befindlich, von dreyen Bogen abgeſchnitten, und an gehörigen Ort gebracht werden. Nemlich

1.) Der Conſpectus von der 2ten Exercitation, welcher die 57. und 58te Seite ausmacht, muß von dem Bogen P abgeſchnitten, und gehörigs Orts eingeleimet werden.

2.) Der Conſpectus der 3ten Exercitation, welcher S. 109. und 110. ausmacht, muß von dem Bogen X abgeſchnitten und an gehörigen Ort gebracht werden.

3.) Der Conſpectus der 4ten Exercitation, welcher S. 161-164. ausmacht, muß von dem Bogen Ii abgeſchnitten und an gehörige Stelle gebracht werden.

MAG 7013732

[illegible]

Digitized by Google

808.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google